

322

EXECUTORIALES
DE LA SACRA ROTA ROMANA
EN FAVOR DE LOS SEÑORES DEAN Y CABILDO
DE LA SANTA IGLESIA DE CARTAGENA,
EN QUE SE DECLARA QUE LOS ILUSTRÍSIMOS
Señores Obispos , y sus Provisores en qualesquiera causas cri-
minales asi de delitos graves como leves de todos los Señores
Capitulares de dicha Santa Iglesia deben acompañarse y pro-
ceder con el Adjunto desde el principio de la causa has-

ta su final determinacion.



CON LAS LICENCIAS NECESARIAS:

EN MURCIA : EN LA OFICINA DE JUAN VICENTE TERUEL.

24235

EXECUTORIALES
DE LA SAGRADA ROTA ROMANA
EN FAVOR DE LOS SEÑORES DEAN Y CANUDO
DE LA SANTA IGLESIA DE CARTHAGENA.

ENMIENDAS.

Pag. 14. linea 7. despues de la palabra contra, añadase : *præmissa vel aliquid præmissorum per vos vel submissas personas*: Pag. 17. linea ultima, en lugar de *fetit diga petiit*: Pag. 18. linea penultima, en lugar de *existentibus diga exercentibus*: Pag. 21. linea 23. despues de la palabra occasione añadase *forsam*: Pag. 22. linea 1. antes de Ecclesiæ añadase *dictæ*, y linea 4. en lugar de *patribus* diga *partibus*, y linea 25. en lugar de *lata* diga *latis*, y en lugar de *promulgata* *promulgatis*: linea 27 en lugar de *monet* diga *movet*, y linea 39. en lugar de *descidendi* diga *decidendi*.



CON LAS LICENCIAS NECESARIAS

EN MURCIA : EN LA OFICINA DE JUAN AGUILA TERUEL

El Maestro Juan Agustin de Mostoles Racionero en esta Santa Iglesia de Cartagena, como Procurador general de los Señores Dean y Cabildo de ella, como mas ha lugar de derecho parezco ante Vm. y digo que los susodichos obtuvieron de su Santidad y de su sacra Rota ciertas letras Apostolicas, y publico instrumento de Proceso executorial, por el qual y las sentencias en él insertas se declara y manda que el Señor Obispo de esta Santa Iglesia y su Vicario y Provisor sean obligados en todas y qualesquier causas criminales, asi graves como leves, de los Capitulares de la dicha Santa Iglesia, y sobre la correccion de ellos, á acompañarse con el adjunto del dicho Cabildo, que para ello fuere diputado y nombrado: asi por la informacion y conocimiento de las dichas causas y prisiones de delinquientes, como para lo demas hasta la sentencia definitiva inclusive. Y asi mesmo otras letras Apostolicas y Breve de manutencion librado por su dicha sacra Rota en favor de los Racioneros y medios Racioneros de la dicha Santa Iglesia, y con Breve declaratorio de los dichos executoriales y manutencion en favor de los dichos Señores Dean y Cabildo, librado asimismo por la sacra Rota, los quales Breves y letras Apostolicas exhibo ante Vm. y juro en forma de derecho que son ciertas y verdaderas. Y porque los dichos Señores Dean y Cabildo para conservacion de los dichos instrumentos originales, y que no se pierdan, cancelen ni rompan, llevandolos por los Tribunales quando ayan de usar de ellos y para otros qualesquier efectos tienen necesidad de sacar algunos trasladados autenticos de los dichos procesos executoriales, y demas letras Apostolicas, como lo han hecho mandandolas imprimir. Por tanto á Vm. pido y suplico que citado para el dicho efecto el Fiscal general de este Tribunal para que pueda asistir al ver corregir y concertar los dichos trasladados con sus originales, mande cometerlo á un Notario de este Obispado para que los corrija y autorice con su subscripcion, interponiendo Vm. para todo ello su autoridad y decreto judicial tan bastante como de derecho se requiere, para que los dichos trasladados, asi autorizados puedan hacer y hagan entera fe en juicio y fuera de él, poniendo esta peticion por cabeza de los dichos autos, sobre que pido justicia, y para ello E.c. = El Maestro Juan Agustin de Mostoles.

En la Ciudad de Murcia veinte y seis dias del mes de Octubre de mil y seiscientos y diez años, ante el Señor Licenciado Alonso Rodrigues Navarro, Canónigo de la Santa Iglesia de Cartagena, Provisor y Vicario general en ella y todo su Obispado por su Señoría de Don Francisco Martinez, Obispo del dicho Obispado, del Consejo de su Magestad, se presentó esta peticion, y por su Merced oída dixo que mandava y mandó á mí el infrascripto Notario, que con citacion del Fiscal de este Obispado corrija y compruebe los trasladados que se sacaren e imprimieren de los Executoriales y demas letras Apostolicas contenidas en la dicha peticion. A los quales despues de comprobados para su validacion, dixo que interponia e interpuso su autoridad y decretó quanto ha lugar en derecho y lo firmó de su nombre. = El Licenciado Alonso Rodrigues Navarro.

En la dicha Ciudad de Murcia en veinte y siete del dicho mes de Octubre del dicho año, yo el dicho Notario notifiqué el dicho Auto al Licenciado Alonso Alcazar, Fiscal general de este dicho Obispado, y le cité para lo contenido en él, de que doy fe. = Juan Martinez Minguez, Notario.

E Yo el dicho Juan Martinez Minguez , Notario público por autoridad ordinaria , y Secretario de los dichos Señores Dean y Cabildo de la dicha Santa Iglesia de Cartagena , vecino de esta dicha Ciudad de Murcia hice imprimir un tanto de los dichos ejecutoriales de los graves y leves , y manutencion , y demás letras Apostolicas contenidas en la dicha Peticion ; que uno en pos de otro son del tenor siguiente :

Serenissimo & Invictissimo Principi , & Domino Domino Philippo ab Austria , Hispaniarum , Portugaliæ , Neapolis , utriusque Siciliæ Regi Catholico , Austriae Archiduci , Mediolani , Bravantiæ , Luxemburgiæ Ducis , Flandriæ , Tyrolis , Olandiæ , Geladdiæ Comiti , Regnorum , Ducatum , & aliorum Dominiorum vestrorum fœlicis prosperitatis augmentum . Nec non Reverendissimis in Christo Patribus , & Dominis Dominis Dei , & Apostolicæ Sedis gratia , Toletano Archiepiscopo ac Carthaginensi , & Oriolensi Episcopis , eorumque , & cujuslibet ipsorum in spiritualibus , & temporalibus Vicariis , seu Officialibus generalibus Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori , ejusque vice Auditori , seu Locumtenenti . Universis & singulis Dominis Abbatibus , Prioribus , Præpositis , Decanis , Archidiaconis , Scolasticis , Archipræsbyteris , Primiceriis , Cantoribus , Custodibus , Thesaurariis , Succentoribus , Sacristis , tam Cathedralium , quam Collegiarum Canonicis , Parrochialiumque Ecclesiarum Rectoribus , seu Locatenentibus , eorumdem Plebanis , Viceplebanis , Capellanis , Curatis , & non Curatis , ac Monasteriorum , Ordinum quorumcumque Generalibus , Provincialibus , Ministris , Prioribus , Vicariis , Guardianis , Custodibus , Fratribus , Monachis , Sancti Joannis Hierosolimitani , & Sancti Jacobi de Spata Magistris , Commendatoribus , Præceptoribus , Bailivis , eorumque , nec non Prædicatorum , Minorum , Hæremitarum Sancti Augustini , & Beatæ Mariæ Carmelitarum , ac aliorum Ordinum , quorumcumque Dominicanorum , & Conventuum Fratribus Regularibus , & Conventionalibus , exemptis , & non exemptis , cæterisque Presbyteris , Clericis , Notariis , & Tabellionibus publicis , ac fructuum , redditum , & proventuum Camaræ Apostolice debitorum Collectoribus , & Subcollectoribus pro tempore existentibus , quibuscumque per dictorum dominorum Archiepiscopi , & Episcoporum , Provincias , Civitates , & Dioceses , ac alias , ubilibet constitutis , & eorum cuiilibet in solidum . Nec non illustribus Principibus , Ducibus , Marchionibus , Comitibus , Baronibus , Vicecomitibus , Militibus , Militaribus , Nobilibus , Armigeris , Domicellis , Burgraviis , exercituum , & armorum Conductoribus , Capitaneis , Potestatibus , Prioribus , Capellanis , Consulibus , Judicibus , Justitiariis , Advocatis ac Curiam quorumcumque , tam spiritualium , quam temporalium , Terrarum , Civitatum , Opidorum , Castrorum , Suburbiorum , Villarum , ac Universitatum quorumcumque majoribus Rectoribus , & Præfectis , cæterisque Dominis , & personis quibuscumque jurisdictionem spiritualem , temporalem , & ordinariam , per se , vel alium , seu alios , vel immediate ubicumque pro tempore exercentibus , ubicumque constitutis & cuiilibet eorum in solidum , & præsertim prædicto Reverendissimo Patri Domino Episcopo Carthaginensi ex adverso principaliter in commissionibus , & sententiis infrascriptis ex adverso principaliter nominato , omnibusque aliis , & singulis quorum interest , intererit , seu interesse poterit quomodolibet in futurum , quibuscumque nominibus censeantur , aut quacumque presulgeant dignitate :

III

SERAPHINUS Olivariz Razallius, Juris utriusque Doctor, Santissimi Domini nostri Papæ Capellanus, & ipsius sacri Palatii Apostolici caussarum Auditor, & Executor unicus ad infrascripta à Sancta Sede Apostolica specialiter deputatus, salutem in Domino, & nostris hujusmodi imo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis: Noveritis, quod alias fælicis recordationis Paulus Papa Quartus, quandam comissionis, sive supplicationis papiri cedulam, bonæ memoriae Fabio Accotam, bono sacri Palatii Apostolici caussarum Auditori, Rotæque Decano in locum Reverendissimi Patris Domini Antonii Augustini, etiam Auditoris à Romana Curia tunc absentis, & propter ipsius absentiam surrogato per unum ex suis cursoribus præsentari fecit hujusmodi sub tenore:

BEATISSIME PATER, Cum devoti Sanctitatis vestræ Oratores Decanus & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ab immemoriali tempore citra & supra fuerint, & sint in uso more, stillo, & consuetudine, ac possessione, vel quasi pacifica, & quieta, quod quando & coties aliqua persona Capitularis dicti Capituli deliquerit, aut delictum commisserit, Episcopus Carthaginensis, sive ejus Provisor, aut Vicarius pro tempore existens teneatur & obligatus sit intra locum Capitularem petere, & requirere dictum Capitulum, ut aliquam personam Capitularem in ejus coad junctum, seu Socium nominent, deputent, & elegant, qui Episcopus, sive Provisor, aut Vicarius, & coad junctus, sive Socius per dictum Capitulum, ut præfertur, nominatus & deputatus, dicti delicti informationem faciunt, Capitularem delinquentem culpabilem repertum incarcerant, & ambo in simul, & non unus sine altero in omnibus prædictis usque ad sententiam diffinitivam procedunt, necnon quod si intra Chorum, locum Capitularem, aut dictam Ecclesiam aliquis Capitularis delictum aliquod commisserit, Oratores soli tale delictum, si præveniunt, puniunt & castigant, prout à dicto tempore citra & supra Episcopus Carthaginensis, sive ejus Provisor, aut Vicarius pro tempore existens occurrente delicto dictum Capitulum petiit, & requisivit, Capitulumque coad junctum prædictum deputavit, amboque simul, & non unus sine altero informationem fecerunt, Capitularem culpabilem repertum in carcerarunt, & usque ad sententiam diffinitivam processerunt, nec non dictum Capitularem intra Chorum, locum Capitularem, ac Ecclesiam delinquentem, si prævenerunt, punierunt, ac castigarunt, & omnia & singula præmissa respective, & successive fecerunt & observarunt, & propterea dicti Oratores, ac eorum singulares personæ desuper molestari, vexari, impediri, aut inquietari non debuissent, nec potuissent. Nihilominus tamen Reverendus Pater Dominus Stephanus Almeyda dicti Episcopatus modernus Episcopus per se, aut ejus Provisorem, sive Vicarium, non obstantibus præmissis, ac quod dictus Dominus Episcopus dictas consuetudines observare expresse juraverit illasque ac omnia præmissa per se aut ejus Provisorem, sive Vicarium per plures annos fecerat & observaverat, illisque minime attentis, nec consideratis, ab anno citra dictos Oratores diversimode vexavit, molestavit & inquietavit per se, vel alium, seu alios etiam devotos Sanctitatis vestræ Oratores Alphonsum Quiñonero, & Ludovicum Quoque dimidium, sive integrum portionarium dictæ Ecclesiæ, & personas Capitulares dicti Capituli præmissis non servatis, ignominiose forsam incarcерavit, & incarcерatos per multum tempus detinuit, & forsam detinet respectiveque illos punivit & castigavit, licet nulliter & de facto, à quibus omnibus & singulis pro parte dictorum Oratorum, ac dictorum Alphonsi & Ludovici conjunctim, seu divissim,

ac

ac respective & successive ad Sanctitatem vestram, Sanctamque Sedem Apostolicam, seu alias forsam appellatum, & de nullitate dictum, nec non de damnis, injuriis, expensis, & interesse protestatum fuit. Cum enim clementissime Pater, agatur de perpetuo præjudicio, ac subjectione, & liberatione dictorum Oratorum, ac de jurisdictione inter Episcopum, & Capitulum, & hoc melius in Romana Curia, ubi unicuique integrum justitiae adimplementum ministratur, quam alibi fieri potest. Dignetur igitur Sanctitas vestra causam & causas appellationis, & appellationum prædictarum, ac aliorum quorumcumque ad Sanctitatem vestram, ut præfertur, seu alias, vel alibi quomodolibet interpositæ, & interpositorum, nullitatisque & nullitatum, iniquitatis & injustitiae omnium, & singulorum præmissorum, & inde secutorum quorumcumque totiusque prædicti processus desuper quomodolibet habiti, & facti attentatorumque & innovatorum omnium quorumcumque una cum toto negotio principali, nec non quam, & quas dicti Oratores tam suo proprio quam Ecclesiæ, & capituli prædictorum nominibus, ac tam conjunctim quam divisim habent, & movent habereque, & movere volunt, & intendunt contra, & adversus prædictum Dominum modernum, & pro tempore existentem Episcopum Carthaginensem, ejusque Provisorem, sive Vicarium omnesque alios & singulos sua communiter, vel divisim interesse putantes, ac in decreto, seu executione citationis præsentium vigore ad partes decernendæ nominandos, & exprimendos de & super præmissis omnibus, & singulis & eorum quomodolibet molestationibus, vexationibus, perturbationibus, inquietationibus, & impedimentis, ut præfertur vel alias quomodolibet factis, & illatis, ac fieri & inferri comminatis, nec non justitiae carcerationibus processibus, & sententiis, & inde securis quibuscumque, eorumque nullitate, invaliditate ac revocatione damnisque expensis, & interesse propterea passis, & patiendis ac præmissorum omnium, & singulorum spolio si forsam subsecutum fuerit, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi tam deductis, & deducendis, alicui ex Reverendis Patribus Dominis vestri Sacri Palatii Apostolici causarum auditoribus seu eorum loca tenentibus tam conjunctim quam divisim, ac summarie, & prout in beneficialibus, committere audiendi, cognoscendi, decidendi fineque debito terminandum omnibus illarum incidentiis, dependentiis emergentiis, annexis & connexis, & cum potestate præfatum Dominum modernum Episcopum, & pro tempore existentem Episcopum Cartaginem, ejusque Provisorem seu Vicarium, omnesque alios & singulos supradictos generalibus Ecclesiæ comprehensos in Romana Curia, & extra eam, & in partibus toties, quoties opus fuerit, & per edictum publicum constito summarie, & extrajudicialiter de non tuto accessu citandi, sibique ac prædictis, & quibusvis aliis judicibus, & personis quacumque auctoritate fungentibus, sive Episcopali, vel Archiepiscopali, aut Cardinalatus, præfulgeant honore, aut alia majori, etiam legati de latere, & Cardinalis, & Nuncio, & mundana, & Imperiali, Regali, Ducali, & alia quacumque magna etiam Ecclesiastica, aut mundana præfulgeant dignitate sub majoris excommunicationis, suspensionis & interdicti, ac aliis etiam pecuniariis pœnis suo arbitrio imponendis, & moderandis ipso facto, nisi paruerint incurrendis, etiam per simile edictum inhibendi, & in eventum non partitionis sententias, censuras & pœnas præfatas contra rebelles, & inobedientes incidisse, & incurrisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdicendi, invocandi, oratoresque præfatos, & eorum singulos, ac quoscumque alios occasione præmissorum censuratos, aut censuris Ecclesiasticis innodatos simpliciter, vel ad cautelam, pro ut justum fue-

rit

rit per se , vel alium , seu alias in Curia , & extra absolvendi , necnon carcera-
tos præfatos , aut quoscumque alias relaxandi , ac quæcumque interdicta , de-
posita , & sequestra occasione præmissorum , vel alias quomodolibet opposita ,
& facta similiter per se , vel alium , seu alias in dicta Curia , vel extra tollendi &
relaxandi , nec non dictos Oratores , & eorum singulares personas in possessione
præmissorum , in qua existant , etiam sub dictis censuris , & pœnis per se , vel
alium , seu alias manutenendi , manutenerique faciendi , & mandandi , cætera-
que in præmissis , & circa ea necessaria faciendi , dicendi , gerendi & exercen-
di , præmissis ac constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis stilo Palatii ,
quodque causa , seu causæ hujusmodi non sint forsam ad Romanam Curiam le-
gitime devolutæ , nec in eadem de sui natura , aut juris necessitate tractandæ , &
finiendæ non existant , ceterisque in contrarium facientibus non obstantibus qui-
buscumque , statum causæ pro expressis habentes . De mandato Domini nostri
Papæ audiat Magister Antonius , citet , inhibeat , & sub censuris , & pœnis ,
etiam per edictum , constito summarie , de non tuto accessu absolvat , etiam ad
cautelam relaxet , & manu teneat , ut petitur , & justitiam faciat . Placet Domi-
no nostro Papæ , H. Cardinalis Verallus . Cujus quidem commissionis vigore in
causa , & causis coram eodem Domino Fabio Decano inter partes in præinserta
commissione contentas , seu verius earum legitimos procuratores , ad nonnullos
actus judiciales , citra tamen causæ conclusionem processo , & interim eodem
Reverendissimo Domino Antonio Augustino ad eamdem Romanam Curiam
reverso caussam hujusmodi per eum reassumpto , coram quo fuit similiter inter
prædictas partes ad diversos actus judiciales , citra tamen etiam causæ conclu-
sionem processo , & postmodum præfato fel. rec. Paulo Papa quarto , sicut Do-
mino placuit de vita sublato , fœlicisque recordationis Pio Papa IV. ad summi
Apostolatus apicem assumpto , & eodem Reverendissimo Domino Antonio Au-
gustino interim à Romana Curia absente , Reverendoque Patre Domino Joa-
ne Baptista de Rubeis ejusdem Sacri Palatii Apostolici causarum Auditore , Ro-
tæque Decano in locum dicti Domini Antonii Augustini à dicta Romana Cu-
ria absentis Judice suffecto & subrogato , ac specialiter assumpto , coram quo
etiam inter præfatas partes , in eadem commissione contenta , seu verius earum
legitimatos procuratores rite , & legitime procedendi servatis in hujusmodi causa
servandis , ac cognitis per eum illius meritis causæ , suam in scriptis tulit &
promulgavit sententiam diffinitivam in hunc , qui sequitur , modum :

CHRISTI NOMINE INVOCATO , pro tribunali sedentes & solum Deum
præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam , quam de Dominorū
coauditorum nostrorum consilio & assensu ferimus in his scriptis , pronun-
ciamus , sententiamus , decernimus , & declaramus in causa , & causis , quæ co-
ram nobis in locum Reverendi Patris Domini Episcopi Illerdensis olim Coau-
ditoris nostri subrogatis , inter Reverendum Patrem Dominum Stephanum de
Almeida Episcopum Carthaginensem ex una , & Dominos Decanum & Capitu-
lum Ecclesiæ Carthaginensis , & personas Capitulares dicti Capituli adver-
sarios de jure , seu prætensa immemoriali quasi possessione ipsorum Decani &
Capituli quando , & quoties aliqua persona Capitularis deliquerit , seu delictum
comisserit , quod Dominos Episcopos Carthaginensis , seu ejus Provisor , &
Vicarius teneatur intra locum Capitularem petere , & requirere dictum Capitu-
lum , ut aliquam personam Capitularem in ejus coad junctum , & secum nomi-
nent , eligant , & deputent , & quod dictus Episcopus , vel Vicarius , seu Pro-
visor , & sic deputatus , vel nominatus ambo insimul , & non divisim ad infor-

mationem dicti delicti , incarcerationem delinquentis , & successive usque ad sententiam diffinitivam procedere debeant , necnon solum , & insolidum privative ad ipsum Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginensem pro tempore existentem , illiusque officiales corrigendi , puniendi , & castigandi quacumque personas , ac Capellanos , & servitores dictæ Ecclesiæ intra Chorum , aut Ecclesiam , vel locum Capitularem delinquentes , ac prætensione quod prædictus Dominus Episcopus , seu ejus Vicarius , vel officialis secus agendo male , nulliter , & injuste processerint , ac prædictos Decanum & Capitulum gravaverint , & toto negotio principali , rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione in prima versæ fuerunt , & vertuotur instantia partibus ex altera præfatum Reverendum Patrem Dominum Episcopum ab impetionibus & petitis , ac prætensis per Decanum & Capitulum adversarios prædictos absolvendos , & liberandos fore , & esse , prout absolvimus , & liberamus , eisdemque Decano , & capitulo adversariis nullum unquam jus in dicto jure , seu prætensa quasi possessione , neque ad illas competuisse , neque competere declaramus , molestationesque , vexationes , perturbationes , inquietationes , & impedimenta quæcumque dicto Reverendo Patri Domino Episcopo Carthaginensi , suisque Officialibus , vel Provisoribus per dictos Dominos Decanum & Capitulum adversarios in omnibus & singulis præmissis , & illorum occasione quomodolibet factas , præstitas , & illatas , factaque , præstita , & illata , fuisse , & esse temerarias illicitas , iniquas , indebitas , & injustas , temerariaque , illicita , iniqua , indebita , & injusta , ac de facto præsumptas , & præsumpta , illasque , & illa eisdem adversariis facere minime licuisse , neque licere de jure , & propterea ipsis de & super illis , ac jure , seu inmemoriali quasi possessione prædictis , aliisque premissis perpetuum silentium imponendum fore , & esse , ac imponimus , dictosque Dominos Decanum & Capitulum in expensis in hujusmodi causa coram nobis pro parte Reverendi Patris Domini Episcopi Carthaginensis legitime factis condemnandos fore , & esse , ac condemnamus . Quarum taxationem nobis imposterum reservamus . Ita pronuntiavi ego Joannes Baptista de Rubeis Rotæ Decanus . A qua quidem sententia diffinitiva pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Decani Capituli , & Canonicorum Ecclesiæ Carthaginensis principalium ad dictum felicis recordationis Pium Papam quartum , Sanctamque Sedem Apostolicam appellato , & prædictus Pius Papa quartus causam hujusmodi committens , quamdam comissionis , sive supplicationis papiri cedulam bo. me. Paulo Emilio Verallo Episcopo Caputaquensi , unius ex dicti Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus locum tenenti per unum ex dictis Cursoribus præsentari fecit tenoris sequentis :

PATER Sancte , dignetur Sanctitas vestra causam , & causas appellatio-
nis , & appellationum interpositæ , & interpositorum pro parte devotorum Sanc-
titatis vestræ oratorum Decani , Canonicorum , & Capituli Ecclesiæ Carthagi-
nensis à quadam diffinitiva sententia lata per Reverendum Patrem Dominum
Joannem Baptistam de Rubeis Rotæ Decanum contra Oratores , & in favorem
Reverendi Patris Domini Stephani de Almeida Episcopi Carthaginensis de , &
super jurisdictione corrigendi , & castigandi delicta commissa , vel committenda
intra Chorum , Capitulum , vel Ecclesiam per personas Capitulares , Capella-
nos , seu familiares Ecclesiæ Carthaginensis , illosque delinquentes carcerandi ,
rebusque aliis nullitatis , & nullitatum , iniquitatis , & injustitiæ dictæ prætensæ
sententiæ , ac attentatorum & innovatorum quorumcumque alicui ex vestri Sa-
cri

eri Palatii Apostolici Auditoribus , sive loca tenentibus audiendi , cognoscendi , decidendi , fineque debito terminandi cum omnibus , & singulis suis incidentiis , dependentiis , emergentiis , annexis , & connexis committere , & mandare cum potestate citandi , & inhibendi , aliaque circa præmissa necessaria , & opportuna faciendi , exercendi , & exequendi , præmissis ac constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis stilo Palatii , cæterisque contrariis non obstantibus qui buscumque statum , & merita causæ , & causarum hujusmodi , ac aliorum circa præmissa necessariorum exprimi tenores , & formas pro plene , & sufficienter expræsis habentes . De mandato Domini nostri Papæ audiat Episcopus Caputaquensis , citet , ut petitur , & justitiam faciat . Placet Domino nostro Papæ : Joannes Cardinalis Reomanus . Cujus quidem commissionis prætextu in causa , & causis inter partes prædictas , seu verius legitimos procuratores coram eodem Domino Caputaquensi locum tenente ad nonnullos actus juditiales citra tamen causæ conclusionem processo , eodemque Domino Paulo Emilio Verallo Episcopo locum tenente à Romana Curia absentato , & interim fœlicis recordationis Pio Papa quinto etiam ad summum Apostolatus apicem assumpto , ipsoque mortuo & sanctissimo Domino nostro Domino Gregorio divina providentia Papa decimo tertio etiam ad summi Apostolatus apicem assumpto , & Reverendissimo Domino Scipione Lancellotto sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinali tunc ejusdem sacri Palatii Apostolici causarum Auditore in locum dicti Domini Episcopi Caputaquensis locum tenentis à dicta Romana Curia absens Auditore , & Judice electo , & deputato , præfatus Reverendissimus Dominus Scipio tunc Auditor , servatis in hujusmodi causa servandis , suam in scriptis tulit , & promulgavit sententiam diffinitivam sub hac verborum forma :

CHRISTI NOMINE INVOCATO pro tribunali sedentes , & solum Deum præ oculis habentes , per hanc nostram diffinitivam sententiam , quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio , pariter & assensu ferimus in his scriptis , dicimus , pronuntiamus , sententiamus , decernimus , & declaramus in causa , & causis , quæ primo , & in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis nunc Rotæ Decano , & secundo & in secunda , seu alia veriori coram nobis inter Venerabiles viros Dominos Decanum , Canonicos , & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ex una , & Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginensem adversarium de , & super eo , quod in delictis personarum Capitularium præfatæ Ecclesiæ Carthaginensis præfatus Reverendus Pater Dominus Episcopus Carthaginensis , seu ejus Provisor , aut Vicarius intra locum Capitularem petere , aut requirere aliquam personam Capitularem in ejus Coadjunctum nominet , eligat , & deputet , & quod dictus Dominus Episcopus , seu ejus Provisor , & sic deputatus , seu nominatus à Capitulo ad informationem dicti delicti , & incarcerationem delinquentis , & successive usque ad sententiam diffinitivam inclusive procedere debeant , ac restitucionem in integrum adversus lapsum fatalium , & quemcumque cursum temporis , rebusque aliis , & illorum occasione pendentibus instantiis , partibus ex altera præfatos Dominos Decanum , Canonicos , & Capitulum adversus lapsum fatalium , & quemcumque cursum temporis in integrum restituendos fore , & esse , & consequenter præfatum Reverendum Patrem Dominum Joannem Baptistam de Rubeis Coauditorem nostrum , & nunc Rotæ Decanumque ad infra scripta ex noviter coram nobis deductis , male fuisse , & esse processum , sententiatum , & diffinitum , & pro parte dictorum Dominorum Decani , Canonicorum , & Capituli ab ejus ordinatione , sententiis , & processu bene fuisse & esse processum ,

pro-

VIII

pronuntiatum & appellatum, dictique Reverendi Patris Domini Joannis Baptiste de Rubeis Coauditoris nostri ordinationem, sententiam, processum quo ad infrascripta revocandam fore, & esse, pro ut revocamus, parique nostra diffinitiva sententia pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus præfatum Dominum Episcopum, seu ejus Vicarium, aut Provisorem teneri, & obligatum esse in omnibus, & quibuscumque causis criminalibus, & super correctione personarum Capitularium præfatæ Ecclesiæ cum consensu Capituli, vel à dicto Capitulo deputandi, aut nominandi ad informationem dicti delicti, & incarcerationem delinquentis etiam usque ad sententiam diffinitivam inclusive procedere, præterquam in levibus causis, quarum cognitionem & decisionem reservamus soli Episcopo, molestationes, vexationes, perturbationes, inquietationes, contradictiones, & alia impedimenta quæcumque ipsis Dominis Decano, Canonicis, & Capitulo per præfatum Dominum Episcopum de & super præmissis, & illorum occasione quomodolibet factas, & præstitas, factaque & præstata, fuisse, & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, & injustas, temerariaque illicita, indebita, iniqua & injusta, ac de facto præsumptas, & præsumpta, illasque, & illa præfato Domino Episcopo minime facere licuisse, nec licere: ac proterea ipsi Domino Episcopo de, & super illis perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout imponimus, & utramque partem in expensis in hujusmodi causa factis absolvimus omni meliori modo, &c. Ita pronuntiavi ego Scipio Lancellotus Rotæ Auditor. A qua quidem sententia diffinitiva pro parte Reverendissimi Domini Episcopi Ecclesiæ Carthaginensis ex adverso principalis ad præfatum Sanctissimum Dominum nostrum Dominum Gregorium divina providentia Papam decimum tertium, ejusque Sanctam Sedem Apostolicam etiam appellato, & dictus Santissimus Dominus noster Dominus Gregorius Papa decimus tertius causam hujusmodi committens quadam commissionis, sive supplicationis papiri cedulam Reverendo Patri Domino Laurentio Blanchetto ejusdem Sacri Palatii Apostolici causarum Auditori per aliquem ex dictis Domini nostri Papæ cursoribus præsentari fecit tenoris sequentis:

BEATISSIME PATER, dignetur Sanctitas vestra causam, & causas appellationis, & appellationum interpositæ, & interpositorum pro parte devotæ creaturæ vestræ moderni Episcopi Carthaginensis à quadam diffinitiva sententia lata per Reverendum Patrem Dominum Scipionem Lancellotum contra ipsum Episcopum, & in favorem Decani, Canonicorum, & Capituli ejusdem Ecclesiæ Carthaginensis de, & super jurisdictione corrigendi & castigandi delicta commissa, & committenda intra Chorum, Capitulum, vel Ecclesiam per personas Capitulares, Capellanos, seu familiares Ecclesiæ Carthaginensis, illosque delinquentes carcerandi, rebusque aliis nullitatis, & nullitatum ex tribus iniquitatibus, & injustitiæ dictæ prætensiæ sententiæ, & attentatorum, & innovatorum quorumcumque, alicui alteri ex vestri Sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus, seu locatenentibus audiendi, cognoscendi, decidendi, fineque debito terminandi cum omnibus, & singulis suis incidentiis, dependentiis, emergentiis annexis, & connexis committere, & mandare cum potestate citandi, & inhibendi, aliaque circa præmissa necessaria, & opportuna faciendi, exercendi, & exequendi, præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis stilo Palatii, cæterisque contrariis non obstantibus quibuscumque statum, & merita causæ & causarum hujusmodi, ac aliorum circa præmissa necessariorum exprimi tenores & formas pro plene, & sufficienter expressis habentes. De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Laurentius, citet, ut petitur, & jus-

ti-

titiam faciat. Placet Domino nostro Papæ. Hieronymus Maceratensis. Hujusmodi autem commissionis vigore per præfatum Reverendum Patrem Dominum Laurentium Blanchettum Auditorem in causa, & causis hujusmodi coram eo legitime introductis, ac inter partes, seu verius earum procuratores præfatos similiter rite processo, ipse postmodum servatis servandis, & cognitis earundem causarum meritis præinsertam sententiam diffinitivam per suam, quam de super tuit, & promulgavit, sententiam diffinitivam confirmavit sub hac verborum forma:

CHRISTI NOMINE INVOCATO pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes, per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum Coaditorum nostrorum consilio, pariter & assensu ferimus in his scriptis, dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus, & declaramus in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis Rotæ Decano, & Coaditore nostro, & secundo & in secunda coram Illustrissimo Cardinali Scipione Lancellotto tunc etiam Coaditore nostro, & tertio, & in tertia, seu alia veriori coram nobis inter Venerabiles viros Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ex una, & Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginensem adversarium de, & super eo, quod in delictis personarum Capitularium præfata Ecclesiæ Carthaginensis, seu ejus Provisor, aut Vicarius teneatur, & obligatus sit intra locum Capitularem petere, & requirere dictum Capitulum, ut aliquam personam ex dicto Capitulo in ejus Coadjunctum nominet, eligat, & deputet, & quatenus dictus Dominus Episcopus, seu ejus Provisor, & sic deputatus, seu nominatus à Capitulo ad informationem dictorum delictorum, & executionem delinquentium, & successive usque ad sententiam diffinitivam inclusive procedere debeant, ac restitutionem in integrum adversus lapsum fatalium, & quemcumque cursum temporis, rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione versæ fuerunt, & vertuntur instantia partibus ex altera, per præfatum Illustrissimum Cardinalem Scipionem Lancellottum tunc Coaditorem nostrum, bene fuisse, & esse processum, sententiatum, & diffinitum, necnon tam pro parte dicti Reverendi Patris Domini Episcopi Carthaginensis, quam Capituli respective ab ejus ordinatione, sententia, & processu male fuisse, & esse appellatum, provocatum, & de nullitate dictum, dictique Illustrissimi Cardinalis Scipionis Lancellotti tunc Coaditoris nostri ordinationem, sententiam, & processum in omnibus confirmandum fore, & esse, & confirmari debere, prout confirmamus, nec non tam dictum Reverendum Patrem Dominum Episcopum, quam præfatos Dominos Decanum, Capitulum, & Canonicos dictæ Ecclesiæ Carthaginensis in expensis propterea coram nobis legitime factis respective condemnandum fore, & esse, prout condemnamus, quarum expensarum taxationem nobis in posterum reservamus, omni meliori modo, &c. Ita pronuntiavi ego Laurentius Blanchetus Rotæ Auditor. Ab ista vero diffinitiva sententia pro parte dicti Reverendissimi Domini Episcopi Ecclesiæ Carthaginensis ex adverso principalis, ac etiam pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Decani, Capituli, & Canonorum dictæ Ecclesiæ Carthaginensis principalium ad præfatum Dominum nostrum Dominum Gregorium Papam decimum tertium, ac Sedem Apostolicam similiter appellato, idem Dominus noster Papa causam hujusmodi appellationis committens, binas successive commissiones per suos cursores nobis præsentari fecit, quas nos cum ea, qua decuit reverentia recepimus hujusmodi sub tenoribus:

BEA-

BEATISSIME PATER dignetur Sanctitas vestra causam , & causas appellationis , & appellationum ad Sanctitatem vestram pro parte devotæ illius creaturæ moderni Episcopi Carthaginensis interpositæ , & interpositarum à quadam prætenſa diffinitiva sententia contra ipsam creaturam per Reverendum Patrem Dominum Laurentium Blanchettum vestri sacri Palatii Apostolici causarum Auditorem , ut dicitur , lata , & promulgata in quadam causa coram eodem , ut etiam dicitur inter ipsam creaturam ex una , & Canonicos & Capitulum ejusdem Ecclesiæ de , & super jure corrigendi & puniendi , aut jurisdictionis , rebusque aliis in actis causæ , & causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione in secunda , seu alia veriori pendente instantia partibus ex altera , nullitatisque & nullitatum ex tribus , ac attentatorum , & innovatorum quorumcumque , ac quam , & quas dicta creatura habet , & movet , habere que & movere vult , & intendit de , & super præmissis , rebusque , &c. Una cum illarum incidentiis , dependentiis , emergentiis , annexis & connexis , ac toto negotio principali contra dictos adversarios , omnesque alios & singulos sua quomodolibet interesse putantes alicui alteri ex dicti sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus audiendi , cognoscendi , decidendi , fineque debito terminandi committere , & mandare cum potestate dictos adversarios , omnesque alios , & singulos sua in præmissis interesse putantes , & in executione citationis præsentium vigore decernendi , nominandos & cognominandos , ac etiam inhibendi in Curia , & extra , aliisque facultatibus necessariis & opportunis non obstantibus præmissis , ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis , ac quocumque termino juris pro Apostolis dato , ita quod pro ipsis reddere non tenentur , attento , quod à diffinitiva , cæterisque contrariis quibuscumque statum , & merita causæ , & causarum hujusmodi , aliorumque necessario exprimendorum pro plene , & sufficienter expressis habentes. De mandato Domini nostri Papæ audiat magister Seraphinus , citet , ut petitur , & justitiam faciat. Placet Domino nostro Papæ. A. Cardinalis Riarius.

BEATISSIME PATER lite , & causa pendente primo , & in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis vestræ sacræ Rotæ Decano , deinde in secunda coram Illustrissimo Cardinale Lancellotto tunc etiam Rotæ Auditore , ac denique in tertia , seu alias in secunda coram Reverendo Patre Domino Laurentio Blanchetto inter devotos Sanctitatis vestræ oratores Decanum , Canonicos & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ex una , & Episcopum Carthaginensem , seu ejus Promotorem Fiscalem adversarium de , & super jurisdictione puniendi , castigandi , & cognoscendi de delictis Capitularium , rebusque aliis , &c. Idem Reverendus Pater Dominus Laurentius per ejus assertam diffinitivam sententiam confirmavit aliam sententiam per Dominum Cardinalem Lancellotum tunc Auditorem partim ad favorem & partim contra oratores latam revocando alteram per suprascriptum Reverendum Patrem Dominum Joannem Baptistam de Rubeis alias latam. A qua ultima sententia pro eorundem oratorum parte in parte , & partibus contra se facientibus ad Sanctitatem vestram , ejusque Sanctam Sedem Apostolicam appellatum & de nullitate dictum extitit. Dignetur igitur Sanctitas vestra ad ipsorum oratorum preces causam , & causas appellationis , & appellationum , nullitatisque & nullitatum ex tribus , ac iniquitatis & in justitiae ultimo dictæ sententiæ , attentatorumque , & innovatorum quorumcumque una cum toto negotio principali , alicui alteri ex Reverendis Patribus Dominis vestri sacri Palatii causarum Auditoribus una cum omnibus & singulis suis incidentiis , dependentiis , annexis & connexis etiam

etiam summarie tam conjunctim , quam divisim arbitrio suo committere & mandare audiendi , cognoscendi , decidendi , fineque debito terminandi cum potestate dictum Episcopum , seu Procuratorem Fiscalem adversarium in Romana Curia , & extra eam citandi , & in forma inhibendi , aliisque facultatibus necessariis , & opportunis præmissis ac constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis stilo Palatii , ac quacumque responsione pro Apostolis data , pro quibus ipsi oratores redire minime teneantur , attento quod à diffinitiva , cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque statum & merita causæ , & causarum hujusmodi , aliorumque hic forsam necessario exprimendorum tenores , & compendia pro plene , & sufficienter expressis habentes . De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Seraphinus , citet , ut petitur , & justitiam faciat . Placet Domino nostro Papæ A. Cardinalis Riarius .

QUARUM quidem commissionum vigore nos in causa , & causis hujusmodi inter partes in præinsertis commissionibus contentas , seu verius earum legitimos procuratores ad nonnullos actus judiciales , citra tamen conclusionem processu , & interim producto coram nobis quodam instrumento approbationis , ac confirmationis sententiæ præinsertæ ad favorem dictorum Reverendorum Dominorum Decani , Capituli , & Canonicorum Ecclesiæ Carthaginensis latæ , & contra dictum Reverendum Dominum Hieronymum Manriquez de Lara modernum Episcopum ejusdem Ecclesiæ Carthaginensis ex adverso principalem promulgatae , & per ipsum Dominum Episcopum approbatæ , & confirmatæ , prout in dicto instrumento confirmationis dicitur plenius contineri . Qua propter nos Seraphinus Olivarius Razallius Auditor præfatus in causa , & causis hujusmodi attentis præmissis ad ulteriore executionem dictarum præinsertarum sententiarum procedere volentes , nos ad providi viri Domini & Magistri Joannis Genesii in Romana Curia causarum , & dictorum Reverendorum Dominorum Decani , Capituli & Canonicorum principalium in præinsertis commissionibus , & sententiis principaliter nominatorum procuratoris instantiam , providum virum Dominum & Magistrum Albertum Martinez de Mata in eadem Romana Curia causarum , & præfati Reverendissimi Domini Episcopi Carthaginensis ex adverso principalis in eisdem commissionibus , & sententiis ex adverso principaliter nominati procuratorem , prout de ipsorum hinc inde procuratoris prourationis mandatis nobis legitimate constat documentis ad videndum , & audiendum omnes & singulas expensas pro parte dictorum Dominorum Decani , Canonicorum , & Capituli principalium in deductione , & prosecutione litis , & causæ hujusmodi quomodolibet factas , & in quibus præfatus Reverendissimus Dominus Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis per præinsertas sententias condemnatus existit , taxari , & moderari , sententiasque præinsertas , & expensarum taxationem hujusmodi exequi , & executioni debitæ demandari , ac literas , sive processus executoriales desuper opportunas in forma solita , & consueta decerni , & concedi per aliquem Domini nostri Papæ cursorem citari mandavimus , & fecimus ad certum peremptorium terminum competentem , videlicet ad diem , & horam infrascriptos . Quibus quidem die & hora ad venientibus comparuit in judicio coram nobis præfatus Dominus Joannes Genesius procurator , eoque nomine procuratorio , & dicti Domini , & Magistri Alberti Martinez de Mata ex adverso procuratoris non comparentis contumaciam accusavit , ipsumque contumacem reputari , & in ejus contumaciam omnes , & singulas expensas pro parte dictorum Dominorum Decani , Capituli , & Canonicorum principalium in hac causa , ut præmittitur , factas , & in quibus dictus

Re-

Reverendissimus Dominus Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis per præinsertas sententias sententialiter condemnatus existit, taxari, & moderari, necnon sententias præfatas, & expensarum taxationem hujusmodi exequi, & executioni debitæ demandari, literasque processus executoriales desuper oportunas informa consueta decerni, & concedi per nos debita cum instantia postulavit. Nos tunc Seraphinus Olivarius Razallius Auditor, & executor præfatus dictum Dominum & Magistrum Albertum Martinez de Mata ex adverso procuratorem non competentem reputavimus merito id exigente justitia contumacem, & in ejus contumaciam attendentes, postulationem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, quodque parum prodesset sententias ferre, & expensas taxare, nisi debitæ executioni demandarentur, ac in hujusmodi causa procedere volentes id circa authoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte, primitus omnibus, & singulis expensis supradictis, sicut præmittitur pro parte Dominorum Decani, Capituli, & Canonicorum principaliū factis, & in quibus præfatus Reverendissimus Dominus Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis per præinsertas sententias diffinitivas sententialiter condemnatus existit ad ducatos centum & viginti auri de Camera boni, & justi ponderis provida moderatione prævia per nos rite taxatis, & moderatis juramento ejusdem Domini Joannis Genesii procuratoris desuper legitime subsecuto, quod dicti sui principales in litis, & causæ hujusmodi prosecutione tantum, & ultra exponere habuerunt, sententias præinsertas, & expensarum taxationem præfatas exequendas, & executioni debitæ demandandas, literasque sive processus executoriales desuper oportunas in forma consueta decernendas, & concedendas duximus, & decrevimus, prout decernimus & concedimus per præsentes sub modificacióne infrascripta:

QUAE OMNIA, & singula præmissa, & hunc nostrum processum, ac in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsens noster processus dirigitur, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram, & cuiuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes: vosque nihilominus, & vestrum quemlibet auctoritate præfata tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute Sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pénis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatiū post præsentationem, seu notificationem præsentium, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum pro parte eorundem Reverendorum Dominorum Decani, Capituli, & Canonicorum Ecclesiæ Carthaginensis principalium desuper factas immediate sequentes, quorum sex dierum duos pro primo, duos pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis, & singulis supradictis pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus, præfatum Dominum Episcopum Ecclesiæ Carthaginensis, seu ejus Vicarium, aut Provisorem teneri, & obligatum esse in omnibus, & quibuscumque causis criminalibus etiam super correctione personarum Capitularium præfatæ Ecclesiæ Carthaginensis cum consensu dicti Capituli, vel à dicto Capitulo deputandi, aut nominandi ad informationem dicti delicti, & incarcerationem delinquentis, & usque ad sententiam diffinitivam inclusive procedere præterquam in levibus causis: quarum cognitionem, & decisionem soli præfato Reverendissimo Patri Domino Episcopo Carthaginensi ex adverso principali per eundem Reverendum Dominum Scipionem Lancellottum in dicta præinserta sententia reservatas, fuisse, & esse, præfatosque Dominos Decanum, Capitulum, & Canonicos dictæ Ecclesiæ Carthaginensis principales

ab impetionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis eis per dictum Reverendissimum Dominum Episcopum Carthaginensem ex adverso principalem de, & super præmissis, & illorum occasione quomodolibet factis, præstitis, & illatis, defendatis & tueamini, & ab aliis defendi, & tueri faciatis, & procuretis: nec eosdem Dominos Decanum, Capitulum, & Canonicos principales à dicto Reverendissimo Domino Episcopo Carthaginensi & adverso principali de, & super supradictis quoquomodo molestari, impetti, inquietari, perturvari, & impediri permittatis. Tu vero Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis ab impetionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis præmissorum occasione factis, & illatis penitus, & omnino desistas, neque eosdem Reverendos Dominos Decanum, Capitulum, & Canonicos Ecclesie Carthaginensis principales de, & super præmissis de cætero molestes, impetas, perturbes, vexes, aut impedias, seu molestare, impetere, perturbare, seu quomodolibet impedire præsumas.

MONEMUS insuper modo, & forma præmissis, ac sub eisdem infrascriptionis sententiarum pœnis præfatum Reverendissimum Dominum Episcopum Carthaginensem ex adverso principalem quatenus infra triginta dierum spatum post præsentationem, & requisitionem tibi vigore præsentium pro parte eorumdem Dominorum Decani, Capituli & Canonicorum Carthaginensium principallium, desuper factas immediate sequentes, quorum triginta dierum decem pro primo, decem pro secundo, & reliquos decem dies pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione Canonica assignamus eisdem Dominis Decano, Capitulo, & Canonicis Carthaginensibus principalibus, vel eorum procuratori legitimo de centum, & viginti ducatis prædictis ratione expensarum per dictos Dominos Decanum, Capitulum & Canonicos principales in lite, & causa hujusmodi factarum, & in quibus præfatus Reverendissimus Dominus Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis sententialiter condemnatus existis, prout per præsentes te condemnamus, condignam satisfactionem, & solutionem impendas realiter, & cum effectu, aut medio tempore convenias, & concordes super præmissis amicabiliter cum eisdem.

INHIBEMUS præterea modo, & forma præmissis vobis omnibus, & singulis supradictis, & generaliter quibuscumque aliis cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, quominus præfatis Dominis Decano, Capitulo, & Canonicis Carthaginensibus principalibus, vel eorum procuratori legitimo de dictis expensis taxatis condigna solutio, & satisfactio impendatur, omniaque alia, & singula supra, & infrascripta suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent: ac impedientibus ipsos Dominos Decanum, Capitulum, & Canonicos principales super præmissis in aliquo deitis, vel dent auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte quæ fito colore, vel ingenio.

ALIOQUIN si forte præmissa omnia, & singula non adimpleveritis, mandatisque & monitionibus, & inhibitionibus nostris hujusmodi immo verius Apostolicis non parueritis, nos in vos supradictos, qui culpabiles fueritis, seu fuerint in præmissis in contradictores quoslibet, & rebelles, & ac impedientes ipsos Dominos Decanum, & Capitulum, & Canonicos principales, vel eorum procuratorem super præmissis in aliquo, ipsosque impedientes dantes auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte per se, vel alium, seu alios ex nunc prout ex tunc, & ex tunc pro ut ex nunc singulariter in singulos dictis canoniciis monitionibus præmissis excommunicationis in quarumcumque Ecclesia-

rum, & Monasteriorum Capitula, Collegia, & Conventus quæcumque in his delinquentia suspensionis à divinis, & in ipsorum delinquentium, & rebellium Ecclesias, Monasteria, & Capellas interdicti ecclesiastici sententias ferimus in his scriptis, & etiam promulgamus.

VOBIS vero Reverendissimis Patribus, Dominis Archiepiscopo, & Episcopis præfatis dumtaxat exceptis, quibus ob reverentiam vestrarum Pontificium Dignitatum deferimus in hac parte, si contra feceritis, præfata sex dierum canonica monitione premissa ingressum Ecclesiarum interdicimus in his scriptis. Si vero hujusmodi interdictum per alios sex dies dictos sex immediate sequentes sustinueritis, vos in scriptis eadem canonica monitione præmissa suspendimus à divinis. Verum si præfatas interdicti, & suspensionis sententias per alios sex dies præfatos duodecim dies immediate sequentes animis, quod absit, sustinueritis in duratis, vos & quemlibet vestrum in his scriptis canonica monitione præmissa ex nunc prout ex tunc, & ex tunc prout ex nunc excommunicationis sententia innodamus.

CÆTERUM cum ad executionem præmissorum ulterius faciendam nequeamus quo ad præsens aliis arduis in Romana Curia præpediti negotiis personaliiter interesse, universis, & singulis Dominis supradictis tenore præsentium committimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas: quos, & eorum quemlibet insolidum requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie sub excommunicationis pœna, canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint, quæ mandamus districte præcipiendo mandamus quatenus infra tres dies post requisitionem ipsis factam, quos tres dies pro omni dilatione, & canonica monitione assignamus.

ETSI forsam, quod non credimus, dictus Reverendissimus Dominus Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis, ac rebelles præfatis nostris literis, immo verius Apostolicis infra dictos terminos obedire neglexerint præfatas sententias in eos latas incurriendo ex tunc præfatis subdelegatis sub dicta excommunicationis, & interdicti pœnis committimus, & mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, & festivis in suis Ecclesiis intra horarum divinarum solemnia requisiti fuerint, seu aliquis fuerit, præfatos rebelles denuntient, donec aliud à nobis, vel superiori nostro habuerint in mandatis.

SI VERO præfati rebelles dictas excommunicationis, & interdicti, ingressus Ecclesiæ sententias per alios decem dies sustinuerint, nos nostros processus aggravamus, dictis subdelegatis præcipientes, quatenus dictis diebus Dominicis, & festivis in dictis Ecclesiis dictas excommunicationis, interdicti sententias reiterando, publicari & denuntiari faciant, donec super hoc à nobis, vel superiori nostro receperint in mandatis.

VERUM si præfati denuntiati, & aggravati aggravationem hujusmodi per alios decem dies dictos decem dies immediate sequentes processus hujusmodi regravamus dictis subdelegatis nostris auctoritate Apostolica præfata omnes, & singulos Christi fideles, & præsertim familiares denuntiatorum, & aggravatorum modo, & forma præmissis moneat primo, secundo, tertio & peremptorie, prout monemus eosdem, ipsis, & eorum cuilibet sub excommunicationis pœna, quatenus infra sex dies monitionibus ipsis factis, quos dies ipsis pro omni dilatione, ac monitione canonica assignent, prout assignamus à participatione, & servitio ipsorum denuntiatorum aggravatorum omnino desistat, nec cum eis conversando cibum, potum, aquam, vel ignem, aut alia necessaria ministrando præterquam in Canonibus, & personis à jure permissis participare

præ-

præsumant. Et si contrarium fecerint, excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis, dictis subdelegatis nostris districte præcipiendo mandantes, quatenus singulis diebus Dominicis, & festivis in suis Ecclesiis infra horarum divinarum solemnia quando, & quoties expediret, præfatos Christi fideles, & servitores cum dictis aggravatis participaverint, excommunicatos tandem publice denuntient, & denuntiari faciant, donec beneficium absolutionis meruerint obtinere.

PRÆTEREA si præfati denuntiati, aggravati, & reaggravati reaggravationem nostram per alios decem dies, & supradictos viginti dies immediate sequentes dictas nostras sententias pertinaciter sustinuerint Pharaonis duritiam immitando, omnes, & singulas civitates, terras, & villas, & quarumcumque Ecclesiarum Collegia, Parrochias & alia loca, in, & sub quibus, ad quæ denuntiatos, aggravatos, & reaggravatos prædictos, aut eorum aliquem morari, seu devenire contigerit, quandiu ibidem fuerint, Ecclesiastico supponimus interdicto, præfatis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis poena mandantes, quatenus præfati in dictis locis fuerint, cessent, & ab aliis cessari faciant à divinis, quam cessationem etiam per tres dies continuos post ipsorum denuntiatorum, aggravatorum, & reaggravatorum ab inde recessum obseruent, & stante hujusmodi interdicto, nulla sacramenta in eisdem locis, in quibus dicti aggravati, & reaggravati fuerint, seu aliquis fuerit, ministrentur, nisi Pœnitentia, & Baptismus omnibus indiferenter, Eucharistia infirmis tantum, & Matrimonium sine Ecclesiastica solemnitate contrahatur, inibique, & sub eisdem locis decedentibus Ecclesiastica denegetur sepultura.

DEMUM si præfati denuntiati, aggravati, reaggravati, & interdicti interdictum hujusmodi sustinuerint per alios decem dies ipsius publicationis, & dictos triginta dies immediate sequentes, ac processibus, mandatis, monitionibus, & inhibitionibus nostris hujusmodi immo verius Apostolicis non paruerint (quod Deus avertat) Nos ex tunc, quia mucrone non proficiente Ecclesiastico temporalis saltem gladius non immerito suffragetur, auxilium brachii sæculares duximus invocandum.

HINC est, quod vos invictissimum & serenissimum Principem, & Dominum D. Philippum Hispaniarum Regem antedictum præfati gladii in allis partibus principalem vibratorem in Domino exhortamur, vosque Dominos Duces, Comites, Marchiones, Barones, & alios supra nominatos jurisdictionem temporalem, & ordinariam per vos, vel alium, seu alios exercentes tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie vobis & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis poena, quam in vos & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi feceritis, quæ mandamus districte præcipiendo mandantes, quatenus infra sex dierum spatium post supradictos terminos successive præ expressos, nec non notificationem, & publicationem præsentium vobis, seu alteri vestrum in vestris territoriis, jurisdictionibus, & districtibus, ac requisitionem pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Decani, Capituli, & Canonorum Ecclesiæ Carthaginensis principalium desuper factas immediate sequentes, quos dies sex, ac monitione canonica assignamus, vos omnes & singuli Domini temporales, quorum omnium super hoc auxilium brachii sæcularis invocamus contra præfatos denuntiatos, aggravatos, reaggravatos, & interdictos dicta auctoritate Apostolica per captionem incarcerationem, & detentionem personarum, corporum, rerum, & bonorum eorumdem insurgatis, & insurge-

XVI

re faciatis: necnon personas, corpora, res, & bona eorum & cuiuslibet ipsorum inuadatis, incareretis, & in firma, & tuta custodia teneatis, arrestatis & occupetis. Super quibus omnibus & singulis vobis, & vestrum cuiuslibet licentiam, & plenariam facultatem concedimus per præsentes, dictos denuntiatos, aggravatos, reaggravatos, & interdictos compeliatis manu forti absque tamen grandi læsione corporum eorundem usque ad integrum partitionem, & satisfactionem omnium, & singulorum præmissorum, donec de præmissis, ac centum & viginti auri de Camera ducatis ratione expensarum, ut præmittitur, taxatis realiter, & cum effectu satisfecerit, necnon dictus Reverendissimus Dominus Episcopus Carthaginensis ex adverso principalis, ac alii contradictores & rebelles à dictis molestiis, & impedimentis penitus & omnino destiterint, & ad Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierint, & benefitum absolutionis à supradictis sententiis, & censuris à nobis vel superiori nostro meruerint obtinere.

QUOD si forte vos invictissime & serenissime Hispaniarum Rex antedictæ executor justitiæ præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum, immo verius Apostolicorum transgressor, contradictor, vel neglector fueris (quod tamen vestræ Regalis Celsitudinis perfulgide jamdudum per totum orbem divulgate obedientia suspicari non sinit) proculdubio justi judicis officium offenderetis, & premium pro executione justitiæ vobis à Domino Deo paratum amitteretis (licet vos hujusmodi nostris sententiis ligari nolumus ob reverentiam vestræ Regalis Celsitudinis non immerito deferentes) intuitu tamen justitiæ, & ob sanctæ Sedis Apostolicæ, & præfati sanctissimi Domini nostri Papæ reverentiam eandem vestram Regalem Celsitudinem ad prædictam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur.

ET generaliter dicti subdelegati nostri omnia & singula in hac parte commissa plenarie exequantur juxta traditam à Sede Apostolica nobis formam, ita quod dicti subdelegati nostri, vel quicumque alii nihil in præjudicium dictorum Dominorum Decani, Capituli, & Canonicorum Carthaginensium principalium valeant attentare, neque in processibus per nos habitis, & sententiis per nos latis absolvendo, vel suspendendo aliquid immutare. In cæteris vero, quæ eisdem Dominis Decano, & Canonicis Carthaginensibus principalibus nocere possent, seu obesse, ipsis & quibuscumque aliis potestatem omnimodam denegamus. Volumus autem præsentes literas sive præsens nostrum processum executoriale penes dictos D. D. Decanum, Canonicos, & Capitulum Carthaginenses principales, vel eorum procuratorem remanere, & non per vos, seu ad aliquem vestrum contra ipsorum voluntatem detineri: Contrarium vero facientes præfatis nostris sententiis ipso facto volumus subjacere. Mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam potentibus & habere debentibus potentium quidem sumptibus & expensis.

ABSOLUTIONEM vero omnium, & singulorum, qui præfatas nostras sententias, aut earum aliquam incurrerint, seu incurrerit, quoquomodo nobis, vel superiori nostro tantummodo reservamus.

IN quorum omnium, & singulorum fidem, & testimonium præmissorum præsentes literas, sive præsens publicum instrumentum hujusmodi nostrum processum executoriale in se continent, sive continens exinde fieri, & per Notarium publicum, nostrumque & hujusmodi causæ coram nobis scribam infra- scriptum subscribi, & publicari mandavimus, sigillique nostri jussimus, & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ in Palatio causarum Apos-

to-

XVII

tolico , in quo jura reddi solent mane hora audiendiæ causarum consueta ad jura
 reddendum & causas partium audiendum in loco nostro consueto pro tribunali
 sedentes sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo octuagesimo
 quinto inductione decima tertia , die vero vigesima tertia mensis Januarii Pon-
 tificatus Sanctissimi in Christo Patris , & Domini nostri Domini Gregorii divi-
 na providentia Papæ decimi tertii anno decimo tertio præsentibus discretis viris
 Dominis Magistris Vergilio de Vellis & Claudio Corinotto notariis publicis , &
 coram nobis scribis testibus ad præmissa vocatis , atque rogatis. Deinde eisdem
 anno , indicione , & Pontificatu , quibus supra , die vero octava mensis Februa-
 rii Romæ in officio mei notarii infrascripti , & coram me præsentis causæ no-
 tario personaliter constitutus providus , & discretus vir Dominus Joannes Ge-
 nesius in Romana Curia causarum , & Reverendorum Dominorum Decani , Ca-
 pituli & Canonicorum Ecclesiæ Carthaginensis principalium procurator , eoque
 nomine procuratorio , qui dixit , quod attento Illustrissimus Dominus Scipio
 Cardinalis Lancellottus olim Rotæ Auditor in hujusmodi causa tulit diffinitivam
 sententiam , in qua in una parte declaravit teneri Dominum Episcopum Cartha-
 ginensem , seu ejus Vicarium Generalem in omnibus & quibuscumque causis
 criminalibus , & super correctione personarum Capitularium præfatæ Ecclesiæ
 cum consensu Capituli , vel à dicto Capitulo deputandi , aut nominandi ad in-
 formationem dicti delicti , & incarcerationem delinquentis , & usque ad diffini-
 tivam sententiam inclusive procedere , præterquam in levibus causis , quarum
 commissionem & decisionem reservavit soli dicto Domino Episcopo: & postea
 ab hac sententia pro parte Capituli in quantum reservabat commissionem causa-
 rum levium soli præfato Domino Episcopo , fuit appellatum ad Sanctissimum
 Dominum nostrum Papam : & similiter pro parte dicti Domini Episcopi in alia
 supradicta parte quo ad aliarum causarum commissionem faciente , ut supra de
 consensu Capituli fuit appellatum , & hinc inde fuerunt causæ istarum appella-
 tionum commissæ Reverendo Patri Domino Laurentio Blanchetto Rotæ Audi-
 tori , qui similiter dictam sententiam confirmavit , & propterea iterum pro par-
 te Capituli fuerit ab ista sententia appellatum , pro ut etiam fuit ab alia parte
 pro parte dicti Domini Episcopi etiam appellatum , & causæ etiam istarum ap-
 pellationum fuerunt commissæ hinc inde Reverendo Patri Domino Seraphino
 Auditori , coram quo præfatus Dominus Episcopus renuntiavit liti & causæ &
 appellationi , & sententiam præfatam in quantum contra eum faciebat , lauda-
 verit , & approbaverit , pro ut in instrumento pro parte dictorum Dominorum
 Canonicorum & Capituli præsentato constat : cumque idem Dominus Joannes
 Genesius comparens dictam renunciationem & approvationem sententiæ per
 præfatum Dominum Episcopum in quantum ad favorem suorum principalium
 faciat , & non alias acceptare , & executoriales attenta renuntiatione appellatio-
 nis dicti Domini Episcopi ab ea intendat , sine tamen præjudicio appellationis
 pro parte Capituli interpositæ & commissæ , cui nullo modo renuntiare , nec in
 aliquo suis principalibus præjudicare , sed immo illam prosequi intendit , ideo
 omni meliori modo & forma , quibus melius de jure potest , dicit & protestatur
 quod per actus factos & faciendos per dictum comparentem , nec per dictas exe-
 cutoriales , quas in favorem suorum principalium petiit , & decerni obtinuit , non
 intendit ullo modo à dicta appellatione pro parte dicti Capituli interposita &
 commissa recedere , sed immo illam prosequi , & ita dixit & protestatus fuit ,
 salvo jure non se astringens , & protestatur omni meliori modo præfatus Domi-
 nus Joannes Genesius procurator fetit de præmissis fieri , atque configi instru-

XVIII

mentum, & instrumenta præsentibus discretis viris Martino Junglien, & Joanne Accurt clericis Leodiensibus testibus ad præmissa omnia & singula vocatis & rogatis pariter & requisitis.

ET ego Carolus Saracenus clericus Romanus publicus Palatii Apostolici causarum Rotæ Notarius quia præmissis omnibus & singulis præsens interfui, & in notam sumpsi, ideo hoc præsens publicum literarum executorialium instrumentum licet aliena manu mihi fideliter scriptum subscripsi, & publicavi, signoque meo solito signavi rogatus, & requisitus; festina lenter.

In victissimo ac Catholico Principi, & Domino Domino Philippo ab Austria Hispaniarum Dei gratia Castellæ, Legionis, Granatae &c. Regi, Austræ Archiduci, Duci, Comitique; Burgundiæ, Mediolani, Brabantiae, Flandriæ &c. Regnum, Ducatum, Civitatum, aliorumque, Dominorum vestrorum felicis prosperitatis augmentum, nec non Reverendissimis in Christo Patribus & Dominis Toletano, & Granatensi Archiepiscopis, ac Reverendis Oriolensi, & Almeriensi Episcopis, eorumque & cujuslibet ipsorum in spiritualibus & temporalibus Vicariis seu Offitialiis generalibus, Curiæque causarum Cameræ Apostolicæ generali Auditori, ejusque Vice-auditori, seu locum tenenti, Universis quoque, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Archipresbyteris, Primiceriis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, Succentoribus, Sacristis, tam Cathedralium, quam Collegiarum Canonicis, Parrochialiumque, Ecclesiarum Rectoribus, seu loca tenentibus eorundem plebanis, viceplebanis, Capellanis, Curatis & non Curatis, ac Monasteriorum, Ordinum quorumcumque Generalibus, Provincialibus, Ministris, Prioribus, Vicariis, Guardianis, Custodibus, Fratribus, Monachis, Sancti Joannis Hyerosolimitani, beatæ Mariæ Theutonicorum, & Sancti Jacobi de Spata Magistris, Commendatoribus, Præceptoribus, Bailivis, eorumque nec non Prædicatorum, Minorum, & Eremitarum Sancti Augustini, & Beatæ Mariæ Carmelitarum, ac aliorum Ordinum quorumcumque, Domorum & Conventuum Fratribus, Regularibus, & Conventualibus exemptis, & non exemptis, cæterisque præsbyteris clericis, notariis, & tabellionibus publicis, ac fructuum, reddituum, & proventuum Cameræ Apostolicæ debitorum collectoribus, & subcollectoribus pro tempore existentibus quibuscumque per dictorum Archiepiscoporum, & Episcoporum Provincias, Civitates & Dioceses, ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuiilibet insolidum, nec non Illustribus Principibus, ac magnificis viris Dominis Ducibus, Marchionibus Lantgraveis, Comitibus, Baronibus, Vicecomitibus, Militibus, Militaribus, Nobilibus, Armigeris, Domicellis, Burgraviis, Senescallis, exercituum & armorum Conductoribus, Capitaneis, Potestatibus, Prioribus, Marescalis, Castellanis, Proconsulibus, Consulibus, Scabinis, Judicibus, Justitiariis, Scultetis, Advocatis, & Curiarum quarumcumque tam spiritualium, quam temporalium, terrarumque civitatum, oppidorum, castrorum, suburbiorum, villarum, ac universitatum quorumcumque Majoribus, Rectoribus, & Præfectis, necnon Servientibus, Clientibus, Scribis, Præconibus, & Offitialiis, cæterisque Dominis, & personis quibuscumque jurisdictionem spiritualem, temporalem, & ordinariam per se, vel alium, seu alios mediate, vel immediate ubicumque pro tempore existentibus, ubicumque constitutis, ac cuiilibet eorum in solidum, & præsertim cuidam Reverendissimo Episcopo Carthaginensi ex adverso princi-

pa-

XIX

pali in commissionibus , & sententiis infrascriptis ex adverso principaliter nominato , omnibusque aliis & singulis quorum interest , intererit , aut interesse poterit quomodolibet in futurum quibuscumque nominibus censeantur , & quamcumque præfulgeant dignitate:

FLAMINIUS Platus juris utriusque Doctor , Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus , ipsiusque sacri Palatii Apostolici causarum , causæque & causis , ac partibus infrascriptis Auditor , & executor unicus ad infrascripta à Sede Apostolica spetialiter deputatus salutem in Domino , & nostris hujusmodi , immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis , quod nuper Sanctissimus in Christo Pater , & Dominus noster Fœlicis recordationis Gregorius Papa decimus tertius quamdam commissionem Reverendo Patri Domino Seraphino Olivario Razalio Coauditori nostro per unum ex suis cursoribus præsentari fecit hujusmodi sub tenore , videlicet:

BEATISSIME Pater , lite & causa pendente primo & in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis vestræ sacræ Rotæ Decano , & deinde coram Illustrissimo Cardinali Lancellotto tunc etiam Rotæ Auditore , ac deinde in tertia , seu alias in secunda coram Reverendo Patre Domino Laurentio Blanchetto inter devotos Sanctitatis vestræ oratores Decanum , Canonicos , & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ex una , & Episcopum Carthaginensem , seu ejus procuratorem fiscalem adversarium de , & super jurisdictione puniendi castigandi , & cognoscendi de delictis Capitularium , rebusque aliis &c. Idem Reverendus Pater Dominus Laurentius per ejus assertum diffinitivam sententiam confirmavit aliam sententiam per Dominum Cardinalem Lancellottum tunc Auditorem partim ad favorem , & partim contra oratores latam revocando alteram per supradictum Reverendum Patrem Dominum Joannem Baptistam de Rubeis alias latam. A qua ultima sententia pro eorumdem oratorum parte in partibus contra se faciente ad Sanctitatem vestram , ejusque sanctam Sedem Apostolicam appellatum , & de nullitate dictum extitit. Dignetur igitur Sanctitas vestra , ad ipsorum oratorum preces causam , & causas appellationis , & appellationum , nullitatisque ; & nullitatum ex tribus , ac iniquitatis , & injustitiae ultimo dictæ sententiæ , attentorumque , & innovatorum quorumcumque una cum toto negotio principali alicui alteri ex Reverendis Patribus Dominis vestri sacri Palatii causarum Auditoribus una cum omnibus , & singulis suis incidentiis , dependentiis , annexis & connexis etiam summarie tam conjunctim , quam divisim arbitrio suo committere , & mandare audiendi , cognoscendi , descendendi , fineque debito terminandi , cum potestate dictum Episcopum , seu procuratorem fiscalem adversarium in Romana Curia , & extra eam citandi & in forme inhibendi , aliisque facultatibus necessariis , & opportunis præmissis ac constitutionibus & ordinationibus Apostolicis stilo Palatii , ac quamcumque responsione pro Apostolis data , pro quibus ipsi oratores minime redire teneantur , attento quod à diffinitiva , cæterisque in contrarium facientibus non obstantibus quibuscumque , statum & merita causæ , & causarum hujusmodi , aliorumque hic forsitan necessario exprimendorum tenores , & compendia pro plene , & sufficienter expressis habentes. De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Seraphinus , citet , ut petitur , & justitiam faciat. Placet Domino nostro Papæ Alexander Cardinalis Riarius. Cujus quidem commissionis vigore idem Reverendus Pater Dominus Seraphinus Auditor in causa , & causis hujusmodi rite , & legitime procedens suam in scriptis tulit , & promulgavit sententiam diffinitivam , videlicet.

CHRIS-

CHRISTI NOMINE INVOCATO pro tribunali sedentes, & solum Deum
 præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Domi-
 norum Coauditorum nostrorum consilio, pariter & assensu ferimus in his scrip-
 tis, dicimus, pronuntiamus, & declaramus in causa, & causis, quæ primo &
 in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis nunc Ro-
 tæ Decano & Coauditore nostro, & secundo & in secunda coram Illustrissimo
 Cardinali Scipione Lancellotto tunc etiam Coauditore nostro, & tertio, & in
 tertia coram Reverendo Patre Domino Laurentio Blanchetto etiam Coauditore
 nostro, & quarto seu in quarta, seu alia veriori coram nobis inter venerabiles
 viros Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis
 ex una, & Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginensem adver-
 sarium de, & super eo quod in delictis levibus personarum Capitularium præ-
 fatæ Ecclesiæ teneatur cum consensu, vel consilio adjunctorum, aut deputato-
 rum à Capitulo, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius
 deductis, & illorum occasione versæ fuerunt, & vertuntur instantia patribus
 ex altera, per præfatum Reverendum Patrem Dominum Laurentium Blanchet-
 tum Coauditorem nostrum in quantum quoad delicta levia confirmavit senten-
 tiæ Illustrissimi Domini Cardinalis Lancellotti tunc Rotæ Auditoris male fuisse
 & esse processum, sententiatum, & diffinitum, ab ejusque ordinatione, sen-
 tentia, & processu bene fuisse & esse provocatum, & appellatum, dictique Re-
 verendi Patris Domini Laurentii Blanchetti, ac etiam Illustrissimi Domini Car-
 dinalis Lancellotti tunc Rotæ Auditoris male fuisse & esse processum, & ap-
 pellatum, dictique Reverendi Patris Domini Laurentii Blanchetti, ac etiam
 Illustrissimi Domini Cardinalis Lancellotti tunc Coauditoris nostri ordinationem,
 sententiæ, & processum quo ad levia revocandum, & nullandum fore, &
 esse, prout revocamus, & nullamus, parique nostra diffinitiva sententia di-
 cimus, pronuntiamus, sententiatus, decernimus, & declaramus præfatum Do-
 minum Episcopum Carthaginensem teneri, & obligatum existere in delictis
 etiam levibus personarum particularium Ecclesiæ cum adjunctis, & deputatis à
 Capitulo à principio usque ad finem causæ inclusive procedere, molestationes,
 vexationes, perturbationes, contradictiones, & alia impedimenta quæcumque
 per præfatum Dominum Episcopum ipsis Domino Decano, Canonicis, & Ca-
 pitulo quomodolibet de, & super præmissis factas, præstitas, & illatas, facta-
 que præstata, & illata fuisse & esse temerarias, illicitas, indebitas, iniquas, &
 injustas, temerariaque, illicita, indebita, & injusta, ac de facto præsumptas,
 ac præsumpta, illasque, & illa præfato Domino Episcopo minime facere li-
 cuisse, neque licere de jure, ipsique Domino Episcopo de, & super eo, quod
 in delictis levibus, & levissimis personarum Capitularium posset procedere cum
 consilio tantum, perpetuum silentium imponendum fore, & esse, prout impo-
 nimus omni meliori modo &c. Ita pronuntiavi ego Seraphinus Olivarius Ra-
 zalius Rotæ Auditor. A qua quidem diffinitiva sententia pro parte dicti Domi-
 ni Episci appellato, Sanctissimoque in Christo Patre, & Domino Sixto di-
 vina providentia Papa V. ad Apostolatus apicem assumpto, idem Sanctissimus
 quamdam aliam commissionem appellationis hujusmodi Reverendo Patri Do-
 mino Petro Francisco Gypso etiam Coauditori nostro per unum ex dictis cur-
 soribus præsentari fecit hujusmodi sub tenore videlicet:

BEATISSIME PATER, dignetur Sanctitas vestra causam, & causas
 appellationis & appellationum ad Sanctitatem vestram, sanctamque Sedem
 Apostolicam interpositae, & interpositorum pro parte devoti illius oratoris mo-

der-

derni Episcopi Carthaginensis à quadam prætensa diffinitiva sententia per Reverendum Patrem Dominum Seraphinum Olivarium vestri sacri Palatii causarum Rotæ Auditorem, ut dicitur, in quadam causa coram eo pendente inter dictum oratorem ex una, & Decanum & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis aduersarios de, & super quadam jurisdictione, & forma procedendi in omnibus levibus, rebusque aliis in secunda, vel alia ulteriori indecissa pendente instantia, partibus ex altera contradictum oratorem, & in favorem adversariorum licet perperam & male latam, & pronunciatam, nullitatisque & nullitatum, ac iniquitatis, & injustitiæ, attentatorumque, & innovatorum omnium quorumcumque una cum illorum incidentiis, dependentiis, emergentiis, annexis & connexis, ac toto negotio principali, necnon quam, & quas dictus orator habet & movet, habereque & movere vult, & intendit contra dictos aduersarios de, & super præmissis, rebusque aliis in actis causæ & causarum hujusmodi latius deductis, & deducendis alicui alteri dicti sacri Palatii, & Rotæ Auditori audiendi, cognoscendi, fineque debito terminandi committere & mandare cum potestate dictos aduersarios, omnesque alios, & singulos sua quomodolibet interesse putantes, & in executione seu decreto citationis præsentium decernendi, nominandi, & cognominandi, ac inhibendi etiam sub censuris & pœnis Ecclesiasticis, seu aliis ejus arbitrio imponendis, & applicandis, rebellesque & inobedientes censuras, & pœnas hujusmodi incidisse, & incurrisse declarandi, aggravandi, reaggravandi, interdicendi, auxiliumque brachii sacerularis invocandi, eundemque oratorem à quibuscumque excommunicationis sententiis, censuris, & pœnis pæmissorum occasione contra eum latis simpliciter, vel ad cautelam, ac prout juris fuerit, absolvendi, cæteraque omnia alia in præmissis & circa ea necessaria, quomodolibet & opportuna faciendi, dicendi, gerendi, & exercendi, ac aliis facultatibus necessariis & opportunis stilo Palatii, præmissis, ac quibusvis constitutionibus & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque non obstantibus, statum, & merita causæ, & causarum hujusmodi pro plene, & sufficienter expresis habentem. De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Petrus Franciscus, citet, inhibeat etiam sub censuris, absolvat etiam ad cautelam, procedat, ut petitur, & justitiam faciat. Placet Domino nostro Papæ. B. Amerinus.

HUJUSMODI etiam commissionis virtute idem Reverendus Pater Dominus Petrus Franciscus Gypsius Coauditor noster sententiam etiam in favorem dicti Capituli Ecclesiæ Carthaginensis præinsertæ confirmatoriam diffinitivam sententiam hujusmodi videlicet:

CHRISTI NOMINE INVOCATO, pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum Coaditorum nostrorum consilio, pariter & assensu ferimus in hiis scriptis, dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus & declaramus in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis nunc Rotæ Decano & Coauditore nostro, & secundo & in seunda coram Illustrissimo Cardinali Scipione Lancellotto tunc etiam Coauditore nostro, & tertio, & in tertia coram Reverendo Patre Domino Laurentio Blanchetto etiam Coauditore nostro, & quarto, seu in quarta, coram Reverendo Patre Domino Seraphino etiam Coauditore nostro, & quinto, & in quinta, seu alia veriori coram nobis inter venerabiles viros Dominos Decanum, Canonicos & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ex una, & Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginensem aduersarium de, & super eo quod dictus Epis-

copus in delictis levibus personarum Capitularium Ecclesiæ teneatur cum consensu , vel consilio adjunctorum, seu deputatorum à Capitulo procedere, rebusque aliis &c. in actis causæ , & causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione versæ fuerunt , & vertuntur instantiis patribus ex altera , per præfatum Reverendum Patrem Dominum Seraphinum Olivarium Coauditorem nostrum bene fuisse & esse processum , sententiatum , & diffinitum , ab ejusque ordinatione , sententia , & processu pro parte dicti Domini Episcopi Carthaginensis male fuisse & esse provocatum , & appellatum , dictique Reverendi Patris Domini Seraphini Olivarii Coauditoris nostri sententiam , ordinationem , & processum confirmandum , & approbandum fore , & esse , prout confirmamus , & approbamus : nec non dictum Dominum Episcopum in expensis coram nobis in hujusmodi causa pro parte dictorum Dominorum Decani , Canonicorum , & Capituli Ecclesiæ Carthaginensis legitime factis condemnandum fore & esse , prout condemnamus : quarum expensarum taxationem , & moderationem nobis in posterum reservamus omni meliori modo &c. Ita pronuntiavi ego Petrus Franciscus Gypsius Rotæ Auditor. A qua quidem diffinitiva sententia pro parte dicti Reverendi Domini Episcopi ex adverso principalis appellato Sanctissimus Dominus noster Papa Sixtus quintus quamdam commissionem appellationis hujusmodi nobis etiam per unum ex dictis suis cursoribus præsentari fecit tenoris videlicet:

BEATISSIME PATER , dignetur Sanctitas vestra causam , & causas appellationis & appellationum ad Sanctitatem vestram , sanctamque Sedem Apostolicam interpositae , & interpositorum pro parte devotæ creaturæ vestræ Hieronymi moderni Episcopi Carthaginensis à quadam prætensa diffinitiva sententia per Reverendum Patrem Dominum Petrum Franciscum Gypsum vestri sacri Palatii & Rotæ Auditorem in quadam causa , & causis , quæ coram eo inter dictum Episcopum Carthaginensem ex una & Capitulum ejusdem Ecclesiæ Carthaginensis adversarios in secunda , seu alia indecisis pendentibus instantiis partibus ex altera infavorem dicti Capituli Carthaginensis , & contradicturn oratorem de , & super jurisdictione corrigendi , & castigandi , & puniendi personas Capitulares tam inlevibus , quam in gravibus delictis , rebusque aliis in actis causæ , & causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione , ut dicitur , lata , & promulgata una cum illorum dependentiis , incidentiis , annexis , & connexis , ac toto negotio principali , nec non quam , & quas dicta creatura habet , & monet , habereque , & movere vult , & intendit de , & super præmissis , aut alias pro utraque parte , præsentatis , & deductis , & deducendis contra , & adversus dictum Capitulum , omnesque alios sua quomodolibet interesse putantes alicui alteri ex dicti sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus , seu locatenentibus audiendi , cognoscendi , descendendi , fineque debito terminandi committere , & mandare cum facultate dictos adversarios , omnesque alios , & singulos sua communiter , vel divisim in præmissis interesse putantes , & in decreto , seu executione citationis præsentium nominandos , & cognominandos etiam per edictum publicum constito summarie &c. de non tutto accessu citandi , eisque , ac quibusvis aliis personis , & judicibus &c. etiam simili edicto , ac sub censuris , & poenis arbitrio sub imponendis , & applicandis inhibendi , censuras , & poenas hujusmodi incidisse declarandi , aggravandi , reaggravandi , interdicendi , auxiliumque brachii sæcularis invocandi , ac dictam creaturam , & Episcopum adversus quamcumque rem judicatam ex quo cumque capite provenientem in integrum , pro ut juris fuerit , restituendi , ac cum

cum aliis facultatibus necessariis, & opportunis præmissis, ac quibusvis constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis contrariis non obstantibus quibuscumque statum, & merita causæ, & causarum hujusmodi, aliorumque hic de necessitate exprimendorum tenores &c. prople, & sufficienter expressis habentem. Quæ quidem commissio in ejus fine duas habebat signaturas, unam videlicet: De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Flaminius, citet, inhibeat etiam sub censuris, restituat, procedat etiam per edictum constito, &c. ut peritur, & justitiam faciat alteram vero: Placet Domino nostro Papæ. Joannes Baptista Cardinalis Castruclus. Hujusmodi itaque commissionis vigore nos etiam inter partes præfatas, seu verius earum procuratores rite, & legitime procedentes, ac visis, & consideratis ipsius causæ meritis de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio, pariter & assensu nostram in scriptis tulimus, & promulgavimus sententiam diffinitivam in hunc, qui sequitur modum vide-licet:

CHRISTI NOMINE INVOCATO pro tribunali sedentes, & solum Deum præ oculis habentes per hanc nostram diffinitivam sententiam, quam de Dominorum Coauditorum nostrorum consilio, pariter & assensu ferimus in his scriptis, dicimus, pronuntiamus, sententiamus, decernimus & declaramus in causa, & causis, quæ primo, & in prima coram Reverendo Patre Domino Joanne Baptista de Rubeis tunc Rotæ Decano, & Coauditore nostro, & secundo, & in secunda coram Illustrissimo Cardinali Scipione Lancellotto tunc etiam Coauditore nostro, & quarto, seu in quarta coram Reverendo Patre Domino Seraphino Olivario etiam Coauditore nostro, & quinto, & in quinta coram Reverendo Patre Domino Francisco Gypso etiam Coauditore nostro, & sexto, & in sexta, seu alia veriori coram nobis inter venerabiles viros Dominos Decanum, Canonicos & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis ex una, & Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginem adversarium de, & super eo, quod dictus Dominus Episcopus in delictis levibus personarum Capitularium dictæ Ecclesiæ teneatur cum consensu, vel consilio adjunctorum, aut deputatorum à Capitulo procedere, rebusque aliis in actis causæ, & causarum hujusmodi latius deductis, & illorum occasione versæ fuerunt, & vertuntur instantia partibus ex altera, per præfatum Reverendum Patrem Dominum Franciscum Gypsiū Coauditorem nostrum bene fuisse, & esse pronuntiatum, sententiatum, & diffinitum, ab ejusque ordinatione, sententia, & processu pro parte dicti Domini Episcopi Carthaginensis male fuisse, & esse provocatum, & appellatum, dictique Reverendi Patris Domini Francisci Gypsi Coauditoris nostri, sententiam, ordinationem, & processum confirmandum & approbandum fore, & esse, prout confirmamus, & approbamus: nec non dictum Dominum Episcopum in expensis coram nobis in hujusmodi causa pro parte dictorum Dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Carthaginensis legitime factis condemnandum fore, & esse, prout condemnamus: quarum expensarum taxationem nobis in posterum reservamus omni meliori modo &c. Ita pronuntiavi ego Flaminius Platus Auditor Rotæ. Quæ quidem nostra diffinitiva sententia quia tertia, & conformis erat, & à qua appellare non licuit, Nos ad providi viri Magistri Joannis Genesii dictorum Reverendorum Dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Carthaginensis principalium procuratoris instantiam providum virum Dominum Joannem Bartholettum dicti Reverendissimi Domini Episcopi ex adverso principalis procuratorem substitutum ad vindendum, & audiendum omnes, & singulas expensas pro parte dictorum Do-

minorum Decani, Canonicorum, & Capituli principalium in deductione, & prosecutione litis, & causæ hujusmodi quomodolibet factas, & in quibus dictus Dominus Episcopus ex adverso principalis per præinsertas sententias sententialiter condemnatus existit, taxari, & moderari, taxationemque, præinsertasque sententias hujusmodi exequi, & executioni debitæ demandari, ac literas, sive processus executoriales desuper necessarios, & opportunos in forma solita, & consueta decerni, & concedi, vel dicendum, & causam aliquam, si quam haberet rationabilem, quare præmissa omnia, & singula fieri non deberent, allegandum ad certum pereemptorium terminum competentem per unum ex dictis cursoribus citari mandavimus, & fecimus videlicet ad diem, & horam infrascriptos: quibus advenientibus comparuit in judicio legitime coram nobis dictus Dominus Joannes Genesius procurator præfatus, & eo nomine procuratorio, & dicti Domini Joannis Bartholetti ex adverso procuratoris substituti non comparrentis contumaciam accusavit, ipsumque contumacem reputari, & in ejus contumaciam omnes, & singulas expensas pro parte dictorum principalium suorum in hac causa, ut præmittitur, factas, & in quibus dictus Dominus Episcopus ex adverso principalis per præinsertas sententias sententialiter condemnatus, taxari, & moderari, necnon sententias, & taxationem expensarum hujusmodi exequi, & executioni debitæ demandari, literasque, sive processus executoriales desuper opportunos in forma solita, & consueta decerni, & concedi per nos debita cum instantia postulavit. Nos tunc Flaminius Plarus Auditor attentes postulationem hujusmodi fore justam, & rationi consonam, quodque parum prodesset sententias ferre, & expensas taxare, nisi debitæ executioni demandentur, dicto ex adverso procuratore pro contumace reputato, auctoritate Apostolica nobis commissa, & qua fungimur in hac parte primitus omnibus, & singulis expensis supradictis, ut præmittitur, pro dictis Dominis Decano, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Carthaginensis principalibus factis, & in quibus dictus Dominus Episcopus ejusdem Ecclesiæ ex adverso principalis sententialiter, ut præmittitur, condemnatus existit ad octuaginta ducatos auri de Camera boni, & justi ponderis provida moderatione prævia per nos rite taxatis, & moderatis juramento ejusdem Domini Joannis Genesii procuratoris subsecuto, quod ejus principales in hujusmodi causæ, sive litis prosecutione tantum, & ultra exponere habuit, sententias præinsertas, & expensarum taxationem prædictas exequendas, & executioni debitæ demandandas, literasque, sive processus executoriales desuper opportunos decernendos, & concedendos duximus, & decrevimus, pro ut decernimus, & concedimus per præsentes sub modificacione infrascripta. Quæ omnia, & singula præmissa, & hunc nostrum processum, ac in eis contenta vobis omnibus, & singulis supradictis, quibus præsens nos ter processus dirigitur, intimamus, insinuamus, & notificamus, ac ad vestram & cujuslibet vestrum notitiam deducimus, & deduci volumus per præsentes: vosque nihilominus, & vestrum quemlibet auctoritate præfata tenore præsentium requirimus, & monemus primo, secundo, tertio, ac vobis, & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub infrascriptis sententiarum pœnis districte præcipiendo mandamus, quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem, seu notificationem præsentium, & requisitionem vobis, seu alteri vestrum pro parte dictorum Dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Carthaginensis præfatae principalium desuper factas immediate sequentes, quorum sex dierum duos pro primo, duos, pro secundo, & reliquos duos dies vobis universis supradictis pro tertio, & pereemptorio termino, ac monitione

cationica assignamus, eosdem oratores ab impetitionibus, oppressionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus & impedimentis sibi per præfatum Dominum Episcopum Carthaginensem ex adverso principalem de, & super prætensa jurisdictione visitandi ipsos principales & personas Capitulares sine consensu, vel consilio adjunctorum, aut deputatorum à dicto Capitulo Carthaginensi procedere ad dictam visitationem, & correctionem in delictis levibus, etiam levissimis, seu ejus occassione quomodolibet factis, præstitis & illatis defendatis & tueamini, & ab aliis defendi, & tueri faciatis, & procuretis: nec etiam à dicto Domino Episcopo ex adverso principali quoquomodo molestari, impeti, inquietari, perturbari, & impediri permittatis. Tu quoque Episcope Carthaginensis ex adverso principalis ab impetionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis præmissorum occassione factis, & illatis penitus & omnino desistas, neque eosdem Dominos Decanum, Canonicos & Capitulum præfatos principales de, & super præmissis, & illorum occassione de cœtero molestes, impetas, perturbes, vexes, aut impedias, seu molestare, impetere, vexare, perturbare, seu quomodolibet impedire præsumas.

MONEMUS insuper modo, & forma præmissis, ac sub eisdem infrascriptis pœnis te Dominum Episcopum ex adverso principalem perturbatorem, quantum infra triginta dierum spatum post præsentationem, & requisitionem tibi vigore præsentium pro parte dieti Capituli principalis desuper factas immediate sequentes, quorum triginta dierum X. pro primo, X. pro secundo, & reliquos decem dies tibi pro tertio, & peremptorio termino, ac monitione canonica assignamus, eisdem Dominis Decano, & Capitulo Ecclesiæ Carthaginensis principalibus, vel eorum procuratori pro eis ad hoc sufficiens mandatum habenti de octuaginta ducatis præfatis ratione expensarum per dictum Capitulum in lite, & causa hujusmodi factarum, in quibus, ut in præinsertis sententiis deducitur, sententialiter condemnatus existis, prout condemnamus, & taxamus per præsentes condignam satisfactionem, & solutionem impendas realiter, & cum effectu, aut medio tempore convenias, aut concordes cum eisdem Decano, Canonicis, & Capitulo Ecclesiæ Carthaginensis principalibus præfatis amicabiliter super præmissis.

INHIBEMUS præterea modo, & forma præmissis vobis omnibus, & singulis præmissis, ac supradictis, & generaliter quibuscumque aliis cujuscumque status, gradus, ordinis, vel conditionis existant, ne præfatis Dominis Decano Canonicis, & Capitulo principalibus præfatis, vel eorum procuratori quomodo dictis octuaginta ducatis ratione expensarum condigna satisfactio, & solutio impendatur, omniaque alia, & singula supra, & infrascripta suum debitum consequantur effectum, impedimentum aliquod præstetis, seu præstent, ac impedientes in ipsos Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum principales præfatos, vel procuratorem suum super præmissis in aliquo ipsosque impedientes dantes consilium, auxilium vel favorem publice, vel occulte, directe, vel indirecte quovis quæsito colore, vel ingenio.

ALIOQUIM si forte præmissa omnia, & singula non adimpleveritis, mandatisque, monitionibus, & inhibitionibus nostris hujusmodi, immo verius Apostolicis non parueritis, seu paruerint cum effectu, nos in vos, & ipsos omnes, & singulos supradictos, qui culpabiles fueritis, seu fuerint in præmissis, ac in contradictores quoslibet, & rebelles, ac impedientes dictos Decanum, & Canonicos, ac Capitulum principales, vel procuratorem suum super præmissis, ipsosque impedientes dantes auxilium, consilium, vel favorem publice, vel occulte

per se, vel alium, seu alios ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc singulariter in singulos dictis Canonicis monitionibus præmissis excommunicationis, Vobis vero Reverendissimis, ac Reverendis Dominis Archiepiscopis, & Episcopis præfatis dumtaxat exceptis, quibus ob reverentiam vestrarum Pontificalium Dignitatum deferimus in hac parte, si contra præmissa, vel aliquid præmissorum per vos, vel submissas personas feceritis, prædicta sex dierum canonica monitione præmissa ingressum Ecclesiarum interdicimus in his scriptis.

CŒTERUM cum ad executionem præmissorum ulterius faciendam nequeamus quo ad præsens (aliis arduis in Romana Curia præpediti negotiis) personaliter interesse, Universis, & singulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpositis, Decanis, Archidiaconis, Scholasticis, Cantoribus, Custodibus, Thesaurariis, tam Cathedralium, quam Collegiarum Canonicis, Parrochialiumque, Ecclesiarum Rectoribus, seu locatenentibus, eorumdem plebanis, vice plebanis, Capellanis, Curatis, & non Curatis, cœterisque presbyteris clericis, notariis, & tabellionibus publicis quibuscumque per provintias, civitates, & dioeceses præfatas, ac alias ubilibet constitutis, & eorum cuilibet in solidum super ulteriori executione præmissorum facienda auctoritate præfata tenore præsentium committimus plenarie vices nostras, donec eas ad nos duxerimus revocandas, quos, & eorum quemlibet in solidum eisdem auctoritate, & tenore requiri mus, & monemus primo, secundo, tertio, & peremptorie ipsis, & cuilibet eorum in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna, (quam in eos, & eorum quemlibet Canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis, nisi fecerint, quæ mandamus), districte præcipiendo mandantes, quatenus infra tres dies post requisitionem ipsis, seu alteri ipsorum pro parte dictorum Decani, Canonicorum, & Capituli principalium vigore præsentium desuper factam immediate sequentes, quos tres dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque peremptorio, ac monitione canonica assignamus: ita tamen quod in his exequendis unus eorum alterum non expectet, nec unus pro alio, seu per alium se excusset, ad vos omnes & singulos supradictos, quibus præsens noster processus dirigitur, personasque & loca alia, de quibus, ubi, quando, & quoties expediens fuerit, personaliter accedant, seu alter eorum accedat, hujusmodi nostros processus, ac quæcumque in eis contenta vobis communiter, vel divissim legant, intiment, insinuent, & fideliter publicare procurent; nec non de prædictis octuaginta ducatis ratione expensarum, & alias, ut præfertur, taxatis debitam, & condignam ipsis principalibus, seu eorum procuratori satisfactionem impendi faciant, & procurent infra terminos superius annotatos.

ETSI forsitan (quod non credimus) dictus Dominus Episcopus ex adverso principalis, cœterique contradictores & rebelles præfati mandatis, monitionibus, requisitionibus, inhibitionibus, & processibus nostris hujusmodi, immo verius Apostolicis infra dictos eis respective terminos superius expressos parere & obedire neglexerint, aut recusaverint pœnas, censurasque præfatas in eos, ut præmittitur, latus damnabiliter incurriendo, ex nunc præfatis subdelegatis nostris sub dicta excommunicationis pœna committimus, & mandamus, quatenus singulis diebus Dominicis, & festivis in suis Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis infra missarum & aliarum horarum divinarum solemnia, ac alias ubi, quando, & quoties expedierit & pro parte dictorum principalium desuper requisiti fuerint, seu alter eorum fuerit requisitus, præfatum Reverendum Dominum Episcopum Carthaginensem ex adverso principalem sex dierum canonica monitione præmissa, cœterosque contradictores, & rebelles præfatos sic excommunicatos

XXVII

publice denuncient & ab aliis, quantum in eis fuerit, denuntiari faciant, donec & quousque aliud à nobis, vel superiori nostro super hoc habuerint in mandatis.

SI VERO dictus Dominus Episcopus ex adverso principalis, contradictores & rebelles præfati dictam excommunicationis sententiam per decem dies illius denunciationem immediate sequentes pertinaciter substinuerint, nos ex tunc quia crescente contumacia, & inobedientia crescere debet & pœna, ne facilitas pœnæ audaciam tribuat delinquentibus, processus nostros hujusmodi aggravamus dictis subdelegatis nostris modo & forma præmissis præcipiendo, quatenus singulis diebus Dominicis, & festivis in suis Ecclesiis, Monasteriis, & Capellis infra missarum, & aliarum præscriptarum horarum solemnia dictam excommunicationis denunciationem reiterando & innovando eundem Dominum Episcopum ex adverso principalem, contradictoresque, & rebelles sic, ut præmittitur, excommunicatos, denuntiatos nominatim campanis pulsatis, candelis accensis, & demum extinctis, & in terram projectis, cruce erecta, & religione induita, aquam benedictam aspergendo ad fugandum Dæmones, qui eos detinent sic ligatos, & laqueis suis catenatos orando, quod Dominus noster Jesus Christus ipsos ad Catholicam Fidem, & sancte Matris Ecclesiæ gremium reducere dignetur, nec eos in talibus perversitate, & duritia dies eorum finire permittat, cum decantatione responsori: Revelabunt Cœli iniquitatem Judæ &c. & psalmi: Deus laudem meam ne tacueris &c. cum Antifona Media vitæ in morte sumus totaliter, & his præmissis ad januas Ecclesiarum suarum una cum clericis & parochianis accedant, & ad terrorem (ut eo citius ad obedientiam redeant) tres lapides versus domos habitationum suarum proiiciant in signum maledictionis æternæ, quam Deus dedit Choræ, Datan, & Abyron, quos terra sustinere non potuit, sed justo judicio illos absorbuit, ut in infernum descenderent viventes: etiam post missam & in vesperis, aliisque horis canonicas & sermonibus & prædicationibus publicis solemniter publicent, & denuncient, ac ab aliis, quantum in eis fuerit, publicari & denuntiari, ac ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant, donec aliud à nobis, vel superiori nostro super hoc reeiperint in mandatis.

VERUM si præfati denunciati, & aggravati aggravationem hujusmodi per alios decem dies illius publicationis, & dictos X. dies immediate sequentes animis (quod absit) sustinuerint induratis, nos ex tunc, quia perversorum audacia præsumptiva id exigit, ut unica pœna non contenti fortioribus arceantur pœnis, ne Fides illorum lœdatur, qui suis superioribus obedientiam desuper impenderunt, processus nostros hujusmodi reaggravamus, supradictis subdelegatis nostris ut supra mandantes, quatenus dicta auctoritate Apostolica omnes, & singulos Christi fideles utriusque sexus homines, & præsertim familiares, & servitores denunciatorum, aggravatorum, & reaggravatorum hujusmodi modo, & forma præmissis moneant, & requirant primo, secundo, tertio, & peremptorie, prout etiam nos requirimus, & monemus eosdem, ipsis, & eorum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ, & sub excommunicationis pœna districtius injungendo, quatenus infra sex dies monitione, & requisitione hujusmodi ipsis factis immediate sequentibus, quos dies ipsis, & eorum cuilibet pro omni dilatione, terminoque, peremptorio, ac monitione canonica assignent, prout nos eisdem assignamus, à participatione, familiaritate, & servitio ipsorum denunciatorum, aggravatorum, & reaggravatorum penitus, & omnino desistant, nec non eis, vel eorum alicui serviendo, loquendo, conversando, cibum, potum, aquam

XXVIII

aquam , vel lignem , aut alia necessaria ministrando , aut aliquo humanitatis solatio (præter quam in casibus , & personis à jure permissis) participare præsumant , seu aliquis ipsorum præsumat . Si contrarium fecerint , nos in eos , & eorum quemlibet cum dictis denunciatis , & aggravatis , reaggravatisque rebelliter participantes , & contra facientes ex nunc , prout ex tunc , & è contra (dicta sex dierum canonica monitione præmissa) excommunicationis sententiam ferimus in his scriptis , & etiam promulgamus dictis subdelegatis nostris modo , & forma præmissis districte præcipiendo , mandantes , quatenus singulis diebus Dominicis , & festivis in suis Ecclesiis , Monasteriis , & Capellis infra missarum & aliarum præscriptarum horarum solemnia , ac ubi , quando & quoties expedierit præfatos Christi fideles , familiares , & servitores , qui cum dictis denunciatis , aggravatis , & reaggravatis rebelliter participaverint , excommunicatos tandem publice denuncient , & ab aliis , quantum in eis fuerit publicari , denuntiari , & ab omnibus Christi fidelibus arctius evitari faciant , donec , et quounque absolutionis beneficium desuper meruerint obtinere . Demum si præfati denuntiati , aggravati , & reaggravati dictos triginta dies immediate sequentes sustinuerint , ac processibus , mandatis , et inhibitionibus nostris hujusmodi , immo verius Apostolicis non paruerint cum effectu (quod Deus avertat) nos ex tunc quia mucrone non proficiente Ecclesiastico , temporalis saltem gladius non imerito suffragatur , auxiliumque brachii sœcularis duximus invocandum , ut quos Dei timor à malo non revocat , temporalis saltem cohercat severitas disciplinæ .

HINC est , quod vos invictissimum , ac serenissimum Principem , & D. D. Philippum Regem antedictum præfati gladii in illis partibus principalem vibratorem , & justitiae zelatorem in Domino exhortamur , vosque , Dominos Duces , Comites , Marchiones , Barones , Proconsules , Magistros , civium Scabinos , Judices , Officiales , & alios supradictos jurisdictionem temporalem , & ordinariam per vos , vel alium , seu alios exercentes (quibus præsens noster processus dirigitur) dicta auctoritate tenore præsentium requirimus , & monemus primo , secundo , tertio , & peremptorie vobis , et vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ , et sub excommunicationis poena , (quam in vos , & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa ferimus in his scriptis , nisi feceritis , quæ mandamus) , districte præcipiendo mandantes , quatenus infra sex dierum spatium post supradictos terminos successive præexpressos , nec non notificatiem , & publicationem præsentium vobis , seu alteri vestrum in vestris territoriis , jurisdictionibus , et districtibus , ac requisitione pro parte dictorum Decani , Canonicorum , et Capituli dictæ Ecclesiæ principalium desuper facta immediate sequente , quorum sex dierum duos pro primo , duos pro secundo , et reliquos duos dies vobis , et vestrum cuilibet pro tertio , et peremptorio termino , ac monitione canonica assignamus , vos omnes , et singuli Domini temporales antedicti (quorum omnium super hoc auxilium brachii sœcularis invocamus) quotiens , et quando pro parte dictorum Decani , Canonicorum , et Capituli Ecclesiæ Carthaginensis principalium vigore præsentium super hoc fueritis requisiti , in juris subsidium contra præfatos denunciatos , aggravatos et reaggravatos dicta auctoritate Apostolica per captionem invasionem , incarcerationem , et detentionem personarum , corporum eorumdem , rerum et bonorum insurgatis , et insurgere faciatis , nec non personas , corpora , res , et bona eorum , et cuiuslibet ipsorum invadatis , incarceratedis , et in firma , ac tuta custodia teneatis , arrestetis , et occupetis per vos , vel alium , seu alios , ac quilibet vestrum , qui super hoc

hoc requisitus fuerit, invadat, incarceret, custodiat, detineat, arrestet, & occupet libere, & licite. Super quibus omnibus, & singulis vobis, & vestrum cuilibet licentiam, ac plenariam potestatem concedimus per præsentes, dictos denunciatos, aggravatos, & reaggravatos ita, & taliter astringatis, & compellatis potenter etiam manu forti absque tamen gravi læsione corporum eorumdem usque ad integrum satisfactionem, & partitionem omnium, & singulorum præmissorum, ac donec, & quousque dictus Dominus Episcopus ab impetitionibus, oppressionibus, molestationibus, vexationibus, perturbationibus, & impedimentis in visitando ipsos Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis principales, ac personas Capitulares dictæ Ecclesiæ sine consensu, vel consilio adjuncctorum, aut deputatorum à Capitulo procedendo; ac ipse Dominus Episcopus ex adverso principalis eisdem Dominis Decano & Canonicis, ac Capitulo principalibus, vel eorum procuratori de prædictis octuaginta ducatis auri de Camera ratione expensarum litis, & causæ, ac præsentis processus, ut præmittitur, taxatis, & moderatis realiter, & cum effectu satisfecerit: nec non ipse Dominus Episcopus, cœterique contradictores, & rebelles præfati ab impetitionibus, aliisque prædictis occasione visitandi, ut præmittitur, ac consilio, auxilio, vel favore penitus, & omnino desitterint, & Sanctæ Matris Ecclesiæ gremium redierint, & beneficium absolutio-
nis à supradictis sententiis, & censuris à nobis, vel superiori nostro meruerint obtinere.

QUOD si forte vos, invictissime ac serenissime Rex Philippe executor iustitiæ præsentis nostri processus, & mandatorum nostrorum immo verius Apostolicorum transgressor, contradictor, vel neglector fueritis (quod tamen vestræ Regalis Celsitudinis jam dudum per totum orbem divulgatae obedientia suscipi non sinit) proculdubio justi judicis officium offenderitis, & præmium alias pro executione iustitiæ vobis à Domino Deo paratum nihilominus amitteretis, licet vos hujusmodi nostris sententiis ligari nolumus ob reverentiam vestræ Regalis Celsitudinis non immerito deferentes, intuitu tamen iustitiæ, & ob Sanctæ Sedis Apostolicæ, & præfati Sanctissimi Domini nostri Papæ reverentiam eamdem vestram Regalem Celsitudinem, & serenitatem, ad præfatam executionem efficaciter adimplendam in Domino exhortamur.

ET generaliter dicti subdelegati nostri omnia, & singula nobis in hac parte commissa plenarie exequantur juxta traditam, seu directam à Sede Apostolica nobis formam: ita quod ipsi subdelegati nostri, vel quicumque alii nihil in præjudicium dictorum Dominorum Decani, Canonicorum, & Capituli Ecclesiæ Carthaginensis principalium valeant attentare. In cœteris autem, quæ eisdem principalibus nocere possent super præmissis in aliquo, seu obesse ipsis & quibuscumque aliis potestatem omnimodam denegamus. Et si contingat nos super præmissis in aliquo procedere (de quo nobis plenariam potestatem reservamus) non intendimus propterea commissionem nostram hujusmodi in aliquo revocare, nisi in revocatione ipsa in literis nostris speciale, & expressam fecerimus mentionem: præsentes quoque literas, sive hujusmodi nostrum processum executorialium volumus penes dictos Dominos Decanum, Canonicos, & Capitulum principales dictæ Ecclesiæ, vel procuratorem suum remanere, & non per vos, aut aliquem vestrum contra ipsorum voluntatem detineri. Contrarium vero facientes præfatis nostris sententiis (prout per nos in scriptis latæ sunt) præfata Canonica monitione præmissa ipso facto volumus subjacere: mandamus tamen copiam fieri de præmissis eam petentibus, & habere debentibus petentium quidem sumptibus, & expensis.

ABSOLUTIONEM vero omnium , & singulorum , qui præfatas nostras sententias , aut earum aliquam incurrerint , sive incurrerit quoquomodo nobis , vel superiori nostro tantummodo reservamus. In quorum omnium , & singulorum fidem , & testimonium præmissorum præsentes literas , sive præsens publicum instrumentum hujusmodi nostrum processum executoriale in se continentes , sive continens exinde fieri , & per notarium publicum , nostrumque & hujusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum subscribi , & publicari mandavimus , sigillique nostri jussimus , & fecimus appensione communiri. Datum , & actum Romæ apud Sanctum Petrum in Palatio causarum Apostolico , in quo jura reddi solent nobis inibi mane hora audientiæ causarum consueta ad jura reddendum , & causas audiendum in loco nostro solito , & consueto pro tribunali sedentes sub anno à Nativitate D.N.Jesu-Christi millesimo quingentesimo octuagesimo octavo indictione prima , die vero Mercurii prima mensis Junii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris , & Domini nostri Domini Xisti divina providentia Papæ quinti anno ejus quarto præsentibus ibidem discretis viris Magistris Quirino Cavart , & Gerardo Ruguetti pro Domino Torquato de Amicis ab Urbe , & Romana Curia absente deputato notariis publicis , scribisque nostris testibus ad præmissa omnia , & singula vocatis , atque rogatis.

ET quia ego Pipinus Paganellus clericus conjugatus Mutinensis sacri Palatii Apostolici causarum notarius hujusmodi literarum executorialium decreto , & relaxationi interfui , ideo hoc publicum instrumentum subscrispi , & publicavi rogatus , & requisitus . In fidem .  Lugar del signo.

Flaminius Platus juris utriusque Doctor Sanctissimi Domini nostri Papæ Capellanus , ipsiusque sacri Palatii Apostolici causarum , causæque & causis , ac partibus infrascriptis Auditor , & executor unicus ad infrascripta specialiter deputatus. Universis , & singulis Dominis Abbatibus , Prioribus , Præpositis , Decanis , Archidiaconis , Scholasticis , Cantoribus , Thesaurariis , Succentoribus , Sacristis , tam Cathedralium , etiam Metropolitanarum , quam Collegiatarum , Canonicis , Parochialiumque Ecclesiarum Rectoribus , seu loca tenentibus eorumdem plebanis , viceplebanis , Capellanis , Curatis & non Curatis , coeterisque presbyteris clericis , notariis & tabellionibus publicis quibuscumque per civitatem & diœcessim Carthaginensem ac alias ubilibet constitutis ac eorum cuilibet insolidum , ac illi vel illis , ad quem vel ad quos præsentes nostræ literæ præsentabuntur salutem in Domino , & nostris hujusmodi , immo verius Apostolicis firmiter obedire mandatis. Noveritis , quod nuper sanctissimus in Christo Pater , & Dominus noster Dominus Sixtus divina providentia Papa quintus quamdam commissionis , sive supplicationis papyri cedulam nobis per quemdam ex suis cursoribus præsentari fecit hujusmodi sub tenore , videlicet :

BEATISSIME PATER , dignetur Sanctitas vestra causam , & causas appellationis & appellationum ad Sanctitatem vestram , Sanctamque Sedem Apostolicam interpositæ , & interpositorum pro parte devotæ creaturæ vestræ Hieronymi moderni Episcopi Carthaginensis à quadam prætensa diffinitiva sententia per Reverendum Patrem Dominum Petrum Franciscum Gypsum vestri sacri Palatii , ac Rotæ Auditorem in quadam causa , & causis , quæ coram eo inter dictum Episcopum Carthaginensem ex una , & Capitulum ejusdem Ecclesiæ Carthaginensis adversarios in secunda , seu alia veriori indecissa pendente partibus ex altera in favorem dicti Capituli Carthaginensis , & contra dictam crea-

XXXI

turam de , & super jurisdictione corrigendi , & castigandi , ac puniendi personas Capitulares tam in levibus , quam in gravibus delictis , rebusque aliis in actis causæ , & causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione , ut dicitur , lata , & promulgata una cum illarum incidentiis , dependentiis , annexis , & connexis , ac toto negotio principali , necnon quam , & quas dicta creatura habet , & movet , habereque , & movere vult , & intendit de , & super præmissis , aut alias pro utraque parte prætensis , & deductis , ac deducendis contra , & adversus dictum Capitulum , omnesque alios sua quomodolibet interesse putantes &c. alicui alteri dicti sacri Palatii Apostolici causarum Auditoribus , seu loca tenentibus audiendi , cognoscendi , decidendi , fineque debito terminandi committere , & mandare cum facultate dictos adversarios , omnesque alios , & singulos sua quomodolibet in præmissis interesse putantes , & in decreto , seu executione citationis præsentium nominandos , & cognominandos etiam per edictum publicum constito summarie &c. de non tuto accessu citandi , eisque , ac quibusvis aliis personis , & judicibus &c. etiam simili edicto , ac sub censuris , & pœnis arbitrio suo imponendis , & applicandis inhibendi , censuras , & pœnas hujusmodi aggravandi , reaggravandi , interdicendi , auxiliumque brachii sœcularis invocandi , ac dictam creaturam , & Episcopum adversus qnamcumque rem judicatam ex quocumque capite provenientem in integrum , prout juris fuerit , restituendi , ac cum aliis facultatibus necessariis , & opportunis præmissis , ac quibusvis constitutionibus , & ordinationibus Apostolicis contrariis non obstantibus quibuscumque , statum & merita causæ & causarum hujusmodi aliorumque hic de necessitate exprimendorum tenores &c. pro plene & sufficienter expressis habendi. Quæ quidem commissio in ejus fine duas habebat signaturas , unam videlicet : De mandato Domini nostri Papæ audiat Magister Flaminius , citet , inhibeat etiam sub censuris , restituat , procedat etiam per edictum constito &c. ut petitur , & justitiam faciat. Alteram vero : Placet Domino nostro Papæ. Joannes Baptista Cardinalis Castruccius.

CUJUS quidem commissionis prætextu per nos , & coram nobis inter dictos Reverendos Dominos Decanum , Canonicos , & Capitulum Ecclesiæ Carthaginensis principales ex una , & Reverendum Patrem Dominum Episcopum Carthaginem adversarium de , & super eo , quod dictus Dominus Episcopus in delictis levibus personarum Capitularium dictæ Ecclesiæ teneatur cum consensu , vel consilio adjunctorum , aut deputatorum à Capitulo procedere , rebusque aliis in actis causæ , & causarum hujusmodi latius deductis , & illorum occasione partibus ex altera ad quamplures actus etiam usque ad diffinitivam sententiam inclusive , quæ tertia , & conformis erat , & transitum fecerat judicatum , hicque brevitatis causa inseri , omissam , seu verius earum procuratores processo , literisque executorialibus decretis , & in partibus , ut dicitur , executis successive ad providi viri D. Joannis Genesii dictorum Reverendorum Dominicanorum Decani , Capituli , & Canonicorum Ecclesiæ Carthaginensis principium præfatorum etiam Portionariorum integrorum , & dimidiorum ejusdem Ecclesiæ principalium præfatis instantiis providum virum Dominum Franciscum Sanchez dicti Reverendissimi Domini Episcopi Carthaginensis ex adverso principalis procuratorem citari mandavimus , & fecimus per unum ex dictis cursoribus ad diem , & horam infrascriptos , videlicet ad videndum , & audiendum dictos Portionarios integros , & dimidios manuteneri in possessione procedendi contra illos cum adjunctis tanquam Capitulares , mandatumque demanutenendo desuper necessarium , & opportunum extra Romanam Curiam , & ad partes

in

in forma solita , & consueta decerni , & relaxari , vel dicendum , & causam aliquam , si quam habeat rationabilem , quare præmissa omnia , & singula fieri minime deberent , allegandum , disputato prius dubio dicto procuratore ex adverso citato , & informante , eoque resoluto ad favorem dictorum Dominorum Portionariorum integrorum , & dimidiorum sub modificatione infrascripta . Die vero , & hora advenientibus comparuit in judicio legitime coram nobis dictus Dominus Joannes Jenesius procurator prædictus , & eo nomine procuratorio , & dicti Domini Francisci Sanchez ex adverso procuratoris non comparentis contumaciam accusavit , ipsumque contumacem reputari , & in ejus contumaciam supradictum mandatum de manutenendo , ut supra petitum , sibi , partique suæ præfatæ decerni , & relaxari in forma solita , & consueta per nos debita cum instantia postulavit .

NOS tunc Flaminius Platus Auditor præfatus attendentes postulationem hujusmodi fore justam , & consonam rationi , quodque justa petenti non est dengandus assensus , de Dominorum Coaditorum nostrorum consilio , pariter & assensu , quibus super præmissis relationem plenariam fecimus , & fidelem , ad supradicti Domini Joannis Genesii procuratoris instantiam supradictos Reverendos Dominos Portionarios integros , & dimidios Ecclesiæ Carthaginensis in possessione , vel quasi , in qua extiterunt , & existunt , quod in delictis per eos , & eorum quemlibet commissis , & committendis dictus Episcopus , & seu ejus Provisor procedat contra eos uti Capitulares , prout proceditur , & procedi solet contra Canonicos , & alios Capitulares dictæ Ecclesiæ in delictis ab eis commissis , & hoc sine præjudicio jurium partium tam plenario possessorio quam in petitorio auctoritate Apostolica nobis commissa , & qua fungimur in hac parte , manutenendos esse , & manutenemus , ac manuteneri mandamus præsentium per tenorem , hujusmodi nostras literas manutentionis desuper necessarias , & oportunas in forma solita , & consueta decernendas , & concedendas .

QUÆ omnia , & singula præmissa vobis omnibus , & singulis præmissis intimamus , insinuamus , & notificamus , ac ad vestram cujuslibet vestrum notitiam deducimus , & deduci volumus per præsentes : vosque , & vestrum quemlibet requirimus , & monemus primo , secundo , tertio , & peremptorie , vobisque , nihilominus , & vestrum cuilibet in virtute sanctæ obedientiæ , & sub excommunicationis pœna , quam in vos , & vestrum quemlibet canonica monitione præmissa , si ea , quæ vobis in hac parte committimus , & mandamus neglexeritis , seu distuleritis contumaciter adimplere , ferimus in his scriptis , districte præcipiendo mandantes , quatenus infra sex dierum spatium post præsentationem , seu notificationem præsentium vobis , seu alteri vestrum factas ; & postquam pro parte dictorum Reverendorum Dominorum Portionariorum integrorum , & dimidiorum Ecclesiæ Carthaginensis principalium super hoc fueritis requisiti , seu alter vestrum fuerit requisitus immediate sequentium , quorum sex dierum duos pro primo , duos pro secundo , & reliquos duos dies vobis universis , & singulis , & vestrum cuilibet pro tertio , & peremptorio termino , ac monitione canonica assignamus , ita tamen , quod in his exequendis unus vestrum alterum non expectet , nec unus pro alio , seu per alium se excusat ; præfatos Reverendos Dominos Portionarios integros , & dimidios Portionarios principales præfatos , & eorum quemlibet in possessione , seu quasi , in qua extiterunt , & existunt , quod in delictis per eos , & eorum quemlibet commissis , & committendis Dominus Episcopus , seu ejus Provisor procedat contra

XXXIII

tra eos uti Capitulares , & prout proceditur & procedi solet contra Canonicos & alios Capitulares dictæ Ecclesiæ Carthaginensis in delictis ab eis commissis , & hoc sine præjudicio juriū partium tam in plenario possessorio , quam in petitorio , quantum in vobis fuerit vel sit , defendatis & manuteneatis , & defendi & manuteneri curetis , quos nos etiam & eorum quemlibet in vim quarumcumque facultatum nobis concessarum defendi & manuteneri mandamus.

ABSOLUTIONEM omnium & singulorum , qui præfatam nostram excommunicationis sententiam incurrerint , sive incurrerit quoquomodo , nobis , vel superiori nostro tantummodo reservamus.

IN QUORUM omnium & singulorum fidem & testimonium præmissorum præsentes literas , sive præsens publicum instrumentum manutentionis & defensionis exinde fieri , & per notarium publicum , nostrumque & hujusmodi causæ coram nobis scribam infrascriptum subscribi mandavimus , sigillique nostri iussimus , & fecimus appensione communiri. Datum & actum Romæ in Ecclesia , seu Monasterio Beatæ Mariæ de Pace de Urbe nobis inibi mane ad jura reddendum , & causas audiendum in loco nostro solito pro tribunali sedentibus sub anno à Nativitate Domini millesimo quingentesimo nonagesimo , Indictione tertia , die vero Mercurii quarta mensis Junii Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri Domini Sixti divina providencia Papæ quinti , anno ejus sexto , præsentibus ibidem discretis viris Dominis Quirino Cavat , & Stefano Subtili sacri Palatii Apostolici causarum notariis publicis , scribisque nostris testibus ad præmissa omnia & singula vocatis , atque rogatis.

ET QUIA ego Pipinus Paganellus clericus Mutinensis sacri Palatii Apostolici causarum , & hujus causæ notarius de præcedenti decreto mandati de manutenendo , & aliis præmissis rogatus hoc publicum subscripti instrumentum , & signavi requisitus in fidem. V. Lan. —  Lugar del signo.

Concuerda con su original de que doy fe , y en testimonio de verdad bice aqui mi acostumbrado signo  Lugar del signo= Joan Martinez Minguez , Notario.—Está rubricado.—

Corresponde con los Executoriales que originales y escritos en pergamino obran en el Archivo de esta Santa Iglesia de Cartagena , y con el testimonio autorizado por el sobredicho Notario Joan Martinez Minguez , que igualmente obra en el mencionado Archivo , de que yo el infrascripto Secretario Capitular de los Señores Dean y Cabildo de dicha Santa Iglesia certifico y doy esta sellada con el de Armas de ella en Murcia á

EST
TA
N

EST. 5
TAB. B
N.º 45

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA

ARCHIVO

PAPELES
MARIOS

MURCIA
DE
CARTAGENA

EST. 5
TAB. B
N.º 45

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA

ARCHIVO

PAPELES
MARIOS

MURCIA
DE
CARTAGENA

EST. 5
TAB. B
N.º 45

AYUNTAMIENTO
DE MURCIA

ARCHIVO

PAPELES
MARIOS

MURCIA
DE
CARTAGENA

EST. 5
TAB. B
N.º 45

AYUNTAMIENTO DE MURCIA

ARCHIVO

PAPELES
MARIOS